This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

47. 324.



MNASEAE PATARENSIS FRAGMENTA.

MNASEAE PATARENSIS FRAGMENTA.

COLLEGIT

ET

COMMENTARIO INSTRUXIT

EUGENIUS MEHLER,
PHIL. DOCT.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD P. ENGELS.
MDCCCXLVII.

MNASEAE PATARENSIS FRAGMENTA.

MNASEAE PATARENSIS FRAGMENTA.

COLLEGIT

ET

COMMENTARIO INSTRUXIT

EUGENIUS MEHLER,
PHIL. DOCT.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD P. ENGELS.

MDCCCXLVII.

An seiner Stelle ist auch das Kleinste nicht klein.

(Welcker, *kl. Schr.*, Vorrede.)

EX TYPOGRAPHEO H. R. DE BREUK.

Praefatio.

Quum secundum morem lege sancitum summos in philosophia honores in alma academia Bonnensi impetraturo studiorum meorum specimem mihi ante hunc fere annum esset edendum: prelo subiiciendam curavi priorem partem Mnaseae fragmentorum, quorum colligendorum disponendorumque, in mythologiae studio tunc praecipue occupatus, susceperam consilium, propria perspecta scriptoris in tractandis rebus mythologicis ratione, quam putavi universi studii mythologici tempore Alexandrinorum conditionis atque indolis accuratam praebere expressamque imaginem. Quam vero, temporis temporumque angustiis oppressus, addere non potueram fragmentorum partem posteriorem, eam speraveram fore ut propediem liberare liceret e scriniorum, quibus contineretur, carceribus. Atque ita hoc mihi videbatur esse instituendum, ut dissertationis tamquam additamentum ea fragmenta ederem, quae ista non continerentur. Quod tamen consilium, quum in eo essem, ut patrarem, haud unam ob causam putavi esse immutandum. Etenim dissertationum et origo et indoles quum ferant, ut paucorum tantum hominum veniant in notitiam neque ea assiduitate accurataque diligentia

fere sint elucubratae, quae necesse est impendantur in librum, quem in lucem prodire non dira iusserit necessitas, sed scriptoris a nulla praeterea re pendens voluntas: retractatis severoque iudicio subiectis, quae ad dissertationem olim satis tumultuarie congesseram, Mnaseae fragmenta omnia hoc libello publici iuris facere constitui. Quem qui cum dissertatione mea contulerit, haud uno nomine ab ea videbit differre. Multa enim mutavi aut supplendo, quod desiderari, aut resecando, quod abundare, aut emendando, quod secundis curis idem argumentum tractanti iam minus recte, minus accurate videbatur esse disputatum. Multis praeterea locis operae, quam Prellerus interea eadem in materia collocaverat, ratio fuit habenda ut recipiendo, quae me fugerant, ita, quae falsa videbantur, redarguendo.

Scripsi Lugduni Bat., die XVIII M. Julii A. MDCCCXLVII.

CORRIGENDA.

Pag.	8	v.	29		*pro* Ttzetz.	*leg.* Tzetz.
»	15	»	11		» fundamentis iam	» iam fundamentis.
»	22	»	3		» ἀναγραφαί;	» ἀναγραφαί·
»	42	»	2		» Lybia	» Libya.
»	42	»	19		» 114	» 414.
»	47	»	8		» Paraemiogr.	» Paroemiogr.
»	49	»	3	et passim	» εὑρετὴν	» εὑρέτην
»	69	»	34		» Theodamantis	» Thiodamantis.
»	70	»	11		» Theiodamantem	» Theodamantem.

PROLEGOMENA

AD

MNASEAE PATARENSIS FRAGMENTA.

CAPUT I.

DE MNASEIS SCRIPTORIBUS.

Septem omnino numero sunt scriptores, quibus Mnaseas est nomen, quorum aut fragmenta exstant in veterum scriptis aut certe mentio apud eos est facta. Quos quum consentaneum sit saepenumero inter se commutatos esse a recentioribus, atque, quum certa defuerit ad diiudicanda fragmenta examinandaque ea, quae apud veteres de illis fuerint tradita, norma, uni eorum tributum, quod fuerit alterius aut tertii, excusatione puto non egere, sed propria sua natura commendatum iri, quod, unius eorum quum disponenda atque explicanda mihi sumpserim fragmenta, brevem praemittere statuerim de eis, quibus Mnaseae sit nomen, scriptoribus notitiam. Quibus in enumerandis et singulis diiudicandis, quominus certam aliquam adhibere possim normam ac rationem, eo iam impedior, quod plerorumque neque de vita, neque de indole certa licet e veterum testimoniis eruere.

I. Mnaseae Locri aut Colophonii mentionem facit hisce

verbis Athenaeus VII. p. 321. Ὅθεν καὶ τὸν Λοκρὸν ἢ Κολοφώνιον Μνασέαν συνταξάμενον τὰ ἐπιγραφόμενα παίγνια διὰ τὸ ποικίλον τῆς συναγωγῆς σάλπην οἱ συνήθεις προσηγόρευον. Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακόσιος ἐν τῷ τῆς Ἀσίας Περίπλῳ Λεσβίαν φησὶ γενέσθαι Σάλπην, τὴν τὰ παίγνια συνθεῖσαν. Ἄλκιμος δ' ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐν Μεσσήνῃ φησί, τῇ κατὰ τὴν νῆσον, Βότρυν γενέσθαι, εὑρετὴν τῶν παραπλησίων παιγνίων τοῖς προαγορευομένοις Σάλπιγξ; quem Athenaei locum interpretatur quodammodo Eustath. ad Iliad. Σ p. 1163: Ἰστέον δ' ὅτι Βότρυς παρὰ τῷ δειπνοσοφιστῇ, καί τις (fort. ἐστί τις) Μεσσήνιος, οὐ Λάκων, ἀλλὰ Σικελικός ἀνὴρ, εὑρετὴς παιγνίων, ἃ τοῖς παλαιοῖς ἐσπουδάζετο· [διὸ] καὶ Μνασέας ὁ Λοκρὸς, φησὶν, ἢ Κολοφώνιος, συνετάξατο τὰ ἐπιγραφόμενα παίγνια· ὃν διὰ τὸ ποικίλον τῆς συναγωγῆς Σάλπην ἐκάλουν . . . . . καὶ Σάλπη δὲ Λεσβία γυνὴ, ἣ παίγνια καὶ αὐτὴ συνέθετο. Cuius de aetate ex eis, ad quos aditus nobis patet, veterum locis haud facile certi aliquid potest constitui. Quod autem Colophonius fuisse genere a nonnullis traditur, ea res non adeo mihi videtur esse praetermittenda, ut recentiores quidam sunt opinati (v. Ulrici Gesch. d. Hell. Dichtk. II. p. 473). Illud enim, quod calluisse dicitur poesis genus, quum bene intelligerent apud Locros potissimum floruisse, eam haud dubitanter Mnaseae adsignarunt patriam. Qua in re mirum quantum falsi mihi esse videntur. Immo Colophonius patria fuit Mnaseas, cui postea ob ipsum, quod excolebat, poesis genus Locri cognomen est additum.

Sunt autem paegnia illa, quorum inventorum gloria Botryi Messenio vindicatur, iocosae, ludicrae et eroticae indolis carmina. Quorum ad perspiciendam naturam quum in auxilium liceat vocare Plutarchi locum Sympos. Qu. VII. 8. p. 712. μῖμοί τινές εἰσιν, ὧν τοὺς μὲν ὑποθέσεις, τοὺς δὲ παίγνια καλοῦσιν. ἁρμόζειν δ' οὐδέτερον οἶμαι συμποσίῳ γένος. τὰς μὲν ὑποθέσεις . . . . . τὰ δὲ παίγνια πολλῆς γέμοντα βωμολοχίας καὶ σπερμολογίας οὐδὲ τοῖς τὰ ὑποδήματα κομίζουσι παιδαρίοις, μή τί γε δὴ (vulgo ἄ γε δή) *** δεσποτῶν ἢ σωφρονούντων θεάσασθαι προφήκει: tum summi prae ceteris momenti

paegnii alicuius est fragmentum, quod est apud Athenaeum, XV. 697. B, eroticae illud indolis:

Ὦ τί πάσχεις; μὴ προδῷς ἄμ', ἱκετεύω
πρὶν καὶ μολὲν κῆνον ἀνίξα·
μὴ κακὸν μέγα ποιήσῃς καί με τὰν δειλάκραν·
ἀμέρα καὶ δή· τὸ φῶς διὰ τᾶς Θυρίδος οὐκ ἐσορῇς;

(cf. Schneidewin, Philol. I. 1 p. 157).

Quod hisce ab Athenaeo inducitur verbis: Οὗτος γὰρ τὰς καπυρωτέρας ᾠδὰς ἀσπάζεται μᾶλλον τῶν ἐσπουδασμένων. οἷαί εἰσιν αἱ Λοκρικαὶ καλουμέναι, μοιχικαί τινες τὴν φύσιν ὑπάρχουσαι. Quibus cum verbis non bene convenire videtur, quod e Clearchi ἐρωτικῶν libro secundo propositum est apud Athenaeum, XIV. 639. A.: Κλέαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν τὰ ἐρωτικὰ φησὶν ᾄσματα καὶ τὰ Λοκρικὰ καλούμενα οὐδὲν τῶν Σαπφοῦς καὶ Ἀνακρέοντος διαφέρειν· quod tamen ita potest intelligi, ut erotica illa carmina pretio et pulchritudine nihil dicat cedere Sapphus et Anacreontis carminibus; qua comparatione eo facilius potuit uti, quo minus diversum fuit Clearchi a Sapphus Anacreontisque carminum argumento.

Mnaseam vero Colophonium veteres tradidisse vidimus ob argumentorum, quae carminibus istis tractata sint, varietatem Σάλπην cognominatum esse a pisce, cui Σάλπη erat nomen, quique cutis ποικιλίᾳ excellebat (de quo cf. Schneider. ad Aristot. Hist. Anim. VIII. c. 4. Tom. III. p. 576; Hesych. et Phavor. s. v. Σάλπη; Aelian. d. Nat. Anim. IX. 7; Athen. l. l.). Quo de pisce quum Epicharmum Athenaeus, VII. p. 321 cecinisse tradat (cff. Epicharmi fragm. ed. Kruseman p. 32: »Memoria, credo, fefellit Salmasium ad Tertullianum de Pallio p. 337, ubi dicit, Mnaseam Colophonium τῶν παιγνίων scriptorem ab Epicharmo σκατοφάγον καὶ βδελυχνόν esse adpellatum"; Ahrens, append. ad libr. d. dial. Dor. p. 441. 34):

Ἐπίχαρμος Ἥβας γάμῳ·

Ἀόνες φάγροι τε λάβρακές τε καὶ ταὶ πίονες
σκατοφάγοι σ α λ π α ὶ βδελυχραί, ἀδέαι δ' ἐν τῷ Θέρει·

iam non amplius dubitari potest, quid potissimum spec-

tantes veteres σάλπην Mnaseam nominaverint, scilicet carminum ut ob varietatem, ita ob obscoenitatem.

Quae Mnaseae paegnia quo iure Weichertus in poett. Latin. fragm. p. 38 pedestri oratione composita esse putet, non statim intelligitur. Quod enim ex Polybii Lib. XII c. 13 ille proponit, Timaeum Democharem, oratorem Atheniensem molliore et remissiore usum dicendi genere, calumniatum scripsisse, impudicum illum et impurum ὑπερβεβηκέναι τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ τὰ Φιλαινίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων, nihil aliud eo probatur, nisi Botryem impura et impudica pepigisse carmina. Quod enim Atheniensis ille ei comparatur orator, inde nemo profecto potest concludere, pedestri oratione illum esse usum, quippe quae comparatio ad solam spectet utriusque scriptoris indolem, minime vero ad formam, qua opera sua uterque conscripserit. Propius iam ad rei veritatem videtur accedere, quod Ebertus dissertatt. Sicul. p. 211 hisce de paegniis iudicavit; cuius fortasse sententiam plus quam par erat urgendo, ad eum, quem deprehendimus, Weichertus pervenerat errorem. Dicit enim ille: »Ludicrum id genus poesis, si modo recte poesis dicitur ob salium ac dicteriorum licentiam immodicamque risus movendi causa scurrilitatem, campum, in quem exspatiaretur satis amplum haberet necesse erat."

Suapte enim natura carmina illa non intra angustos metri stropharumque, quales sunt Alcaicae aut Sapphicae, fines sese continuisse par est; verum enimvero pro dramatica poesis illius indole quam summam in versibus pangendis licentiam sibi arrogasse poetas istos facile perspicitur.

Quanta levitate adnotationes ex una interdum in aliam transferantur editionem, Orellii (J. Conr.) ad Arnob. adv. nat. III. 37 exemplo sit notula, repetita ab Hildebrandio in Arnobii editione: »non confundendus est (sc. Mnaseas Patarensis) cum Mnasea Berytio, qui de arte rhetorica et nominibus Atticis scripsit, teste Suida, et alio eiusdem nominis Locro s. Colophonio, qui auctore Athenaeo in-

scriptos lusus composuit ob varietatem Salpem cognominatos."

II. Discernendus est ab hoc Mnasea, Paegniorum poeta, alter, cuius nomen atque merita posteris commendantur epigrammate aliquo, quod Corcyrae inventum, primum a Dodwellio, Itiner. Gr. T. II p. 506 publici iuris factum, deinde a Welckero in syllogam epigramm. 32 p. 36 et a Boeckhio in Corp. inscriptt. Tom. II p. 86. 1907 est receptum. Quod, quomodo Welckeri, Meinekii (in Zeitschrift für Alterthumsw. 1844 nº. 131 p. 1048) aliorum adiutus coniecturis potui instaurare, hic propono:

Ὀδῖτα βαιὸν σάματι σταθεὶς πάρα
μάθοις κεν ἀτρέκειαν· ἴσθι δ' ὡς πατρὸς
Ἀθηνίωνος ὗν ταφῇσι κλῄζεται
καὶ Μνασέαν αὔδασον οὔνομα φθιτοῦ,
καὶ γνῶθι μύθους, οἷς ὁ φὼς (ita Meinek. pro σοφῶς) ἐτέρπετο
ᾄσεν τὰ κόσμου σεμνὰ, καὶ δι' ἀς'έρων
διῆλθε τὰν αὐγωπὸν αἰθεροδρομῶν
ἀταρπόν· ἤδει καὶ γεωμόρων τέχναν
γραμμαῖσιν ἰχνεύτειραν· εὖ δ' ἀειδίου
κατεῖδ' Ὁμήρου δέλτον, ἃς ἐνὶ πτυχαῖς
ὁ περιπλανάτας (vulgo οὐπιπλανάτας, Mein. ὁ τριπλανάτας) ἐς'ι Λαρτίου γόνος
καὶ μῆνις ἀ βαρεῖα (ita Mein.; vulgo μηνισακαρνία)· τῶν ἄπ' (vulgo ἐπ') ἀτρεκὲς
ὅδ' ἐξ ἁπάντων ἐσθλῶν ἄρατο κλέος·
νέον δ' ἐν ἀκμᾷ κοῦρον, ᾧ πόρεν τέχναν,
ὁμευνέτιν τ' ἔλειψε (vulgo δ' ἔλειψε)· τετρώκοντα δή
ὑφ' ἁλίῳ πλειῶνας εἰσιδὼν φάος
ποθεινὸς ἀστοῖς τάνδ' ὑπήλυθε χθόνα.

Fuit igitur Mnaseas ille poeta (dummodo v. 6 recte ᾄσεν pro AMEN legitur), qui didactica composuerat, cosmogonica et astronomica carmina praetereaque operam navaverat explicandis Homeri carminibus. Quem haud sine veritatis specie eundem iudicavit Welckerus, cuius stu-

dia apud Manethonem V. 266 hisce exponuntur versibus:

ἀςρόλογον παντὸν καὶ ῥήτορα καὶ φιλόμουσον
ῥυθμοῖς καὶ μέτροιν ποιήμασι εὔστοχον ἄνδρα.

III. Tertius nominatur Mnaseas Berytius, de quo talia Suidas s. v. Μνασέας memoriae prodidit: Μνασέας Βηρύτιος· ἔγραψε τέχνην ῥητορικὴν καὶ περὶ ἀττικῶν ὀνομάτων. — Huic verosimiliter illam posse tribui de litterarum inventione notitiam, quae Mnaseae nisa auctoritate traditur in Bekkeri Anecdotis II. p. 783 et 786, censuit O. Jahn in Palamede, p. 35. Cui tamen assentiri nullo modo possum. Mnaseas enim Berytius, quum nullum indicium sit in promptu, unde colligamus, quomodo artem suam rhetoricam conscripserit, ad eum nisi coactus nolim confugere. Nihil praeterea inest istis fragmentis, quod a Mnasea Patarensi non posset esse dictum; quum periegetae quam maxime sit ex consilio et indole, ut, quidquid memoratu dignum aut videat aut ab aliis comperiatur, operi suo inserat. Praeterea Mnaseae Patarensis nomen quum prae ceteris Mnaseis a veteribus fuerit celebratum, ad eum omnia videntur esse referenda fragmenta, a quibus abest accuratior scriptoris nominis definitio. Neque propius ad veritatem videtur accessisse Jahnius, quum Mnaseae Berytio duo tribuenda esse fragmenta iudicaret, quae exstant apud Flav. Joseph. Arch. Jud. I. 3. 6 et c. Apion. I. 23, quibusque Mnaseas aliquis tamquam auctor excitatur. Quae Patarensi potius Mnaseae esse reddenda, vel eorum, qui cum eo citantur, scriptorum series possit indicare. Etiam longius a veritate aberravit Reinesius V. L. III c. 3, p. 384, Mnaseam Phoenicem a Berytio diversum fingendo, cui illa Josephi fragmenta tribueret; quem tamen cum Jahnio l. l. iam Ebertus l. l. redarguit.

Quod extat Mnaseae Patarensis de Diis Samothracibus fragmentum, servatum illud ap. Schol. Apoll. Rhod. I. 917, a Gutberletho, de myster. Deor. Cabiror., Mnaseae Berytio tribuitur; de quo cogitari nequaquam posse, ipsius illius fragmenti in explicatione patebit.

IV. Inter rei rusticae scriptores a Columella d. r. rust I. 1; XII. 4, Mnaseas aliquis recensetur, Milesius genere, qui idem memoratur ap. Varr. d. r. r. I. 1.

V. Mnaseae medici, qui inter methodicos refertur, mentio fit apud Galenum, εἰσαγ. ἢ ἰατρός XIV. p. 684. Kühn.

VI. Mnaseam Numeniensem Eusebius excitat Praep. Ev. XIV p. 731 ed. Colon. (cf. Preller, üb. Mnaseas von Patara).

VII. Ceterorum, quotquot sunt, omnium gloriam qualemcumque obscuravit Mnaseas Patarensis, de quo iam pluribus est agendum.

CAPUT II.

DE MNASEA PATARENSI.

(Cff. Ger. Jo. Vossius de hist. graec. (p. 178 ed. Westerm.) I. c. 21; Harduin. index auctt. Plin. T. X p. 330 sqq.; Th. Reines. Var. Lectt. III. 3. p. 384.; Harless. ap. Fabr. Bibl. Gr. Vol. II. p. 132; Ebert, dissertatt. Siculae, p. 210 et 211; Jo. Conr. Orelli ad Arnob. III. 37. Tom. II. p. 167; Göttling, praefat. ad Hesiod. carmin. ed. alter. p. xx; Welcker, kleine Schriften, Bd. I, p. 5, Anmerkg. 8; ibid. p. 435 et 436; Ukert, Geographie d. Gr. u. Römer I. 1. p. 148; Welcker, Aeschyl. Tril. p. 240; Lobeck, Aglaoph. p. 1221; O. Jahn, Palamedes p. 31 sqq.; Lersch, Fulgent. d. abstr. sermon. p. 28 et 29; Gräfenhahn, Geschichte der klassischen Philologie, T. II. p. 29 et 162; Preller, Mnaseas von Patara in Zeitschr. für Alterthumswissenschaft 1846, Heft 8).

Mnaseae Patarensis ad recte definiendam vitam praeter Suidam auctorem ea de re veterem habemus nullum. Quae vero Suidas ea de re prodidit, eius sunt indolis, ut, etiamsi eorum ope certis finibus vitam illius circumscribere non possimus, tamen satis accuratam inde hauriamus temporis,

quo vixerit, notitiam. Dicit enim ille s. v. Ἐρατοσθένης ..... ἐτελεύτησε π' ἐτῶν γεγονὼς ἀποσχόμενος τροφῆς διὰ τὸ ἀμβλυώττειν, μαθήτην ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην Βυζάντιον, οὗ πάλιν Ἀρίσταρχος μαθητής. μαθηταὶ δ' αὐτοῦ Μνασίας καὶ Μένανδρος καὶ Ἄρις. Aristarchi discipulum haud probe iudicari posse Mnaseam, praeuntibus Welckero in cycl. epic. et Bernhardyo ad Suid. l. c., validis firmisque argumentis evicit Preller. l. l. Etenim Mnaseas quum in fragmento aliquo servato (ap. Cramer. Anecd. Oxoniens. T. I, p. 277, Ὁμήρου ἐπιμερισμοί s. v. Μοῦσα) Musarum numerum ad constituendum in auxilium vocet Iliadis, Odysseae Palamedeaeque versus primos, quibus variis nominibus Musae favorem imploret poeta, eidem haud dubie, cui priora ista duo Homeri carmina, etiam Palamedeam assignat. Quum vero accuratam semper constet observasse Aristarchum cyclicorum poetarum ab Homero separationem (cf. Preller in Hallische Litteraturzeitung, 1837 nº. 16 et 17), unum e discipulis haud verosimile est earum magistri sententiarum unam repudiasse, quas prae ceteris proprias ei fuisse atque dilectas cogitemus necesse est. Eratosthenis igitur, non Aristarchi discipulus fuit Mnaseas. Quam vero sententiam vel e Suidae verbis, recte emendatis atque explicatis, id quod fecit Bernhardyus, licet eruere. Pro Ἄρις enim Ἀριστοφάνης est restituendum, (similis commutationis exempla plura sunt in promptu; cf. Bast, Comm. Palaeogr. p. 798, Epist. Crit. ad Boiss. p. 134; Jac. Gronov. ad Harpocrat. p. 74, ubi olim legebatur ἀριστοτέλης, nunc ἄριστος est restitutum; Etymol. M., ubi olim legebatur: ὡς μένανδρος ἐν τῷ περὶ Κύπρου, nunc e Ttzetz. ad Lycophr. v. 447 ὡς μὲν Ἀνδροκλῆς exhibitur. Sic ἴσος, δῆμος, σοφὸς, ξένος pro Ἰσοκράτης, ΔημοσθένηςΣοφοκλῆς, Ξενοφῶν. Eodem modo apud Dion. Halicarn. Dinarchi initio pro Δῆμος legendum est Δημήτριος.) atque haec origo iteratae eiusdem viri mentionis: Suidas e diversis, ut solet, fontibus hausit, neque magnopere consuluit, ut reliquiae veteris doctrinae e perturbatione concinnum in ordinem redigerentur. Huius

rei documento cum sit, quod tota ista sententia οὔ πάλιν — Ἄρεις ab uno codice abest, tum μαθηταὶ δ' αὐτοῦ, non addito καὶ vel alio quodam indicio sermonis continuandi.

Oriundus est Mnaseas Patara, Lyciae urbe, unde Patarensis est adpellatus. Quod enim nonnullis veterum locis Patrensis vocatur (Phot. s. v. Σάβοι; Harpocrat. s. ead. v.; Phot. s. v. Πυθοῦ χελιδόνος; Athen. IV, p. 158 D.), errori id est tribuendum; quod quum vel ex exiguo locorum istorum pateat numero, eos tacito licebit corrigere; nisi fortasse varia haec lectio librariorum debetur consuetudini, qua verbis in notioribus, omissis vocalibus, e. g. pro πράγματα scribebant πρ̄γματα, pro κατὰ κτὰ, pro παγκατάπυγον πᾱγκτπυγον. Cf. Arist. Lysistr. Cod. Voss. v. 14, 71, 137.

Quo igitur vixerit tempore atque ubi terrarum natus fuerit, certioribus fieri nobis licuit; quas praeter res nihil eius de vita et vitae conditione liquet. Hoc potissimum loco diiudicandam puto aliquam, quam de Mnasea proposuit Göttlingius opinionem, quippe quae, quum temporis spatiique neglectis carceribus Hesiodo Mnaseam studeat vindicare filium, eius ad vitam haud immerito videatur posse referri. Quam, quo melius, quid ille sibi voluerit, perspiciatur, totam hic propono, qualis exstat in praefatione ad Hesiodi carmin. ed. alter. p. xx:

»Prorsus similem caussam habuisse videntur ii, qui Mnaseam filium Hesiodi dicerent. Sic enim Proclus ad Oper. 263. Ἰσέον δ', ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασέας ἐστὶ, Φιλόχορος δὲ Στησίχορον φησὶ τὸν ἀπὸ Κλυμένης, ἄλλοι Ἀρχιέπης, quod mirum in modum corrupit Ttzetza: σημείωσαι, τίς παῖς Ἡσιόδου. Παῖδα οἱ μὲν Μνασέα (huic igitur Μνασεὺς erat nominativus), οἱ δ' Ἀρχιέπην (fecit ex matre filium Hesiodi), οἱ δὲ τὸν Στησίχορον τὸν μελῳδὸν ἐξεδέξαντο. Atque Mnaseae nomen ad rerum traditarum memoriam tantummodo revocavit Markscheffel p. 33 cum Welckero (in Jahnii Annalib. Nov. IV. 1. p. 142), sed Mnaseas, scriptor Patarensis, aeque atque Stesichorus, Hesiodio more mythologiam non solum Graecorum, sed omnium populorum exposuerat, ut facile con-

cludi ex quibusdam eius reliquiis potest. V. Schol. Apoll. I. 131; I. 917; II. 498; II. 675; II. 1054; IV. 264; I. 1129. Adde Steph. s. v. Δάρδανος; Phot. Lex. s. v. Ζάμολξις, Πραξιδίκη, Σαβοί; Schol. Venet. Hom. τ. 291; υ. 234 [At ad Graecam mythologiam omnia haec, uno fortasse illo, quod est de Zamolxi, excepto fragmento pertinent]. Scripsit item Mnaseas Patarensis Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγήν (v. Schol. ad Hes. Th. 117; Phot. Lex. s. v. Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς), quae item ad res sacras Graecorum atque, ut postea exponetur, ad Hesiodum imprimis eiusque scholam attinebat; et, si Patareus Mnaseas est is, quem in iis numerat Varro de r. rust. I. 1, qui Graece de agris colendis scripserunt, Columella vero I. 1 dicit Milesium, haberemus etiam operum Hesiodi aemulum Mnaseam. Mirum est etiam Mnaseam Corcyraeum [nihil eius de patria constat; nam eo, quod Corcyrae marmor istud est repertum, Corcyraeum eum fuisse, minime certo consequitur; Corcyraeum tamen verosimiliter eum iudicari, inde crediderim, quod istius insulae incolae magno semper amore Homeri, Odysseae imprimis, studia prosequebantur, utpote Phaeacorum terram sese inhabitare arbitrati atque gloriati.] didactica carmina tam cosmologica quam astronomica et georgica composuisse, de quibus vide inscriptionem ap. Boeckh. 1907, a. T. II. p. 36 [non georgica carmina eum pepigisse isto epigrammate proditur, sed γεωμόρων τέχναν calluisse]. Iam vero quaeret quispiam, quum Mnaseas ille Alexandrinorum tempore vixerit, qui tandem Hesiodi filius i. e. Ἡσιοδίδης probabili modo dici potuit? Eodem arbitror iure, ut etiam posteris temporibus Ὁμηρίδαι et Ἀσκληπιάδαι inveniebantur, qui gentem suam ab Homero et Aesculapio propter artem, qua pollebant, derivarent."

Igitur primum mihi non liquet, quam Göttlingius dicat Hesiodi, quam Mnaseae mythologiam; id tamen habeo pro explorato, aut Hesiodi eum non sat considerasse et ponderasse, aut Mnaseae in tractandis rebus mythologicis rationem, quibus magis diversae, si quid video, paene cogitari

queunt. Quod enim uterque genealogico imprimis generi operam navavit, huic equidem non ita multum tribuam; quippe qua in re prorsus diversas secuti sint rationes. Nam quod bona fide fecit Hesiodus, ut augeretur inde et fulciretur aequalium fides atque pietas erga Deos, quod genealogias istas Deorumque fata et facta enarrando sibi visus est posse assequi: id pro re sua interdum usurpavit Mnaseas, ut infringeret atque debilitaret Deorum auctoritatem; quod res sanctissimas, tali ficta genealogia, in terram protrahendo atque a rebus humanis nihil esse diversas ostendendo ille studuit efficere. Qua pro sententia mea non opus est, ut exemplis pugnem; quippe de qua, qui quidem noverit fragmenta, nullo modo possit dubitare.

Ut vero silentio praetermittam illam Göttlingii opinionem, qua, quantulum gloriae insit illi, quam Proclus tradidit, consanguinitati, inter tres studeat dividere, quibus Mnaseas sit nomen, scriptores; ut concedam, quod libentissime concedo, etiam posterioribus temporibus Homeridas et Asclepiadas inveniri, qui gentem suam ab Homero et Aesculapio propter artem, qua pollerent, derivarent: primum hoc loco non Hesiodides Mnaseas appellatur, sed Hesiodi filius; tum eorum, qui sunt Homeridae aut Hesiodidae adpellati, neminem puto fuisse, qui pedestri oratione in operibus suis pangendis fuerit usus; quod quum de Mnasea constet omnisque praeterea indoles poetica ab eo sit quam alienissima, aberrasse a vero videtur Göttlingius, quum de Mnasea Patarensi illa scholiastae verba fuerit interpretatus.

Quam Markscheffelius (Hesiod., etc. fragm. p. 32) proposuit hocce nomen interpretandi rationem, probatam illam Welckero (kl. Schriften I. p. 5 adn. 8), Archiepis nomen ab eis videri fictum esse, qui Hesiodum Homero antiquiorem existimantes auctorem epicae poesis significare vellent, Mnaseae autem ad memoriam rerum traditarum pertinere, ea, siquidem scholii verba mendis vacant, magnam prae se fert veri speciem, quum Archiepis aliunde non noti nominis explicatio verisimiliorem reddat similem Mnaseae no-

minis originem. Verumtamen negari nequit, apte posse de illo ipso cogitari, cuius mentionem fecit Göttlingius, Mnasea Corcyraeo, quippe quem cosmologica constet et astronomica composuisse carmina epicaeque poesis imprimis fuisse veneratorem et amatorem. Ad quem absque temeritatis convicio id videtur esse referendum, quod legitur in Schol. Arat. (Ἀράτου βίος) ed. Bekker, p. 48. 19: ἔνιοι δὲ φασὶν τὸν Ἄρατον Μνασέου πατρὸς γεγονέναι.

Quae altera est de Mnaseae scriptis quaestio, eam ad dirimendam quum viam indicasset Ukertus, Geogr. Gr. et Rom. I. 1. p. 148, plurimum contulit O. Jahn in Palamede, p. 31, cuius totum, qui huc pertinet, locum apponam; quod vero minus recte aut accurate ille videtur disputasse, postea indicabo:

«Laudatur eius periplus ab Athen. VIII. p. 331 etc. etc., a quo ita diversae fuisse videntur αἱ περιηγήσεις, quarum tertium librum memorat Steph. Byz. s. v. Ἐγγελᾶνες, ut periplus ad orae maritimae, periegesis vero ad terrae mediae descriptionem pertineret. Num vero ad unum opus pertinuerint, dubitari potest. Praeterea memorantur eius libri περὶ Εὐρώπης vel Εὐρώπη. Horum librum primum citat Harpocration s. v. Ἱππία Ἀθηνᾶ etc., tertium Athen. IV. p. 158; tum περὶ Ἀσίας librum primum habes apud Schol. Apoll. Rhod. I. 1129; secundum apud Athen. VIII. p. 346, denique τὰ περὶ Λιβύης affert Hesych. s. v. Βαρκαίους ὄχους. Valesius ad Harpocr. p. 49, praeterea apud Hesychium s. v. σκότιος e coniectura reponi voluit Μνασέας ἐν τῇ Ἰάδι pro Μαρσύας ἐν τῇ Ἰάδι, quod in medio relinquam. Sine operis titulo vero laudatur Mnaseas ἐν ἡ Schol. Ven. Il. ο', 336. Quae cum consideramus, non possumus, quin putemus, fuisse hos libros de Asia, Europa, Libya partes maioris περιηγήσεων operis, et ipsas in complures sectiones divisas. Quae observatio saepissime locum habet, nec minimi momenti est in accurata, qualem Passov., opp. p. 166 sqq., exoptavit, titulorum veterum scriptorum tractatione, ea quae tamquam singula opera citentur, non esse nisi maioris operis partes. Docuit hoc de Dicaearchi titulis

Naekius, N. Rhein. Mus. I. 1. p. 40 sqq.; cf. Buttmann de Dicaearcho p. 8; et de Hellanico monuerunt Creuzer, hist. Kunst d. Gr. p. 80 sqq., Dahlmann, Forschungen II. 1, p. 127, de aliis alii. Et in iis, quos superstites habemus, scriptoribus hanc citandi rationem possumus observare. Ita Herodotus ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς Κροῖσον citatur Paus. III. 2. 3; ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις λόγοις Aelian. H. A. VIII. 25; cf. Her. II. 68; ἐν τῷ λόγῳ περὶ τῆς Ἀσίας ἱερείας Sext. Emp. p. 185 Fabric.; cf. Her. I. 31; ἐν τοῖς Περσικοῖς Schol. Aristid. p. 23 Fromm. Eadem res est in poetis, et similiter Homerus citatur ἐν Ἥρας ὅρκῳ Paus. VIII. 37. 5; ἐν τοῦ σκήπτρου παραδόσει Thuc. I. 9; ἐν τῇ τοῦ Πριάμου ἐξόδῳ Arist. H. A. IX. 22; ἐν τῇ διαπείρᾳ, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν τῇ πρεσβείᾳ Strab. I. 17. C; quae Nitzschio debeo. Ceterum illa citandi ratio inde explicanda est, quod veteres in citandis operibus argumentum magis spectabant, quam titulum. Cf. Bernhardy, Encycl. p. 132."

Quae diversa Mnaseae opera iudicavit Jahnius, Periegeses et Periplum, minus recte id fecisse videtur; veterum potius in citando socordiae tribuendum est, quod duobus locis Mnaseae in periplo auctoritas usurpatur; cuius ea, quam Jahnius constituere studet a periegesibus diversitatem, ipsis illis fragmentis minime cernitur. Marsyae vero scriptoris quum mentio sit facta ab Jahnio, hoc potissimum loco Hesychii illa videtur esse tractanda glossa, Marsyae debita, si librorum tenemus scripturam, at Mnaseae a Valesio ad Harpocrat. p. 69 vindicata. Legitur ap. Hesych. s. v. Σκότιος. Σκότιος· νόθος, ὁ λάθρα γεννηθεὶς τῶν γονέων τῆς κόρης· τούς γε μὴ ἐκ φανερᾶς, λαθραίας δὲ μίξεως γεγονότας Σκοτίους ἐκάλουν, ἔνιοι Παρθενίους, ἄλλοι Κορινναίους, καθάπερ Μαρσύας ἐν τῇ Ἰάδι. — Cui tamen Valesii coniecturae non possum assentiri, praesertim lecto Fr. Ritschelii de Marsyis historicis libello, ubi talia eo de fragmento invenies p. 9: » Non tamen satis caussae Hesychius praebet, cur cum Fabricio, Bibl. Gr. VI., p. 372 in Grammaticorum numerum Marsyas referatur, testimonii caussa excitatus praeter satis obscuram

glossam Vol. II, p. 1445, in quam iam non vacat inquirere, etiam p. 1219: Σκότιος κ. τ. λ.; quae sequitur nova glossa Σκότοδινιᾷ. Quae si codex teneret, etsi dubitari de scripturae integritate posset, tamen non sine specie veri argumentari grammatici alicuius patronis liceret. Verum enimvero e codice notatur: Μαρσύας ἐν τῇ ἰασ. κοτοδινιᾷ; in quibus sagaciter perspexit ac nimis cunctanter proposuit Schowius, p. 696 latere ἐν τῇι ά· σκοτοδινιᾷ: quod simplicius etiam, quam ἐν τῇ ιά fuerit." Quam argumentationem qui perspexerit, non poterit amplius de restituendo Mnaseae nomine cogitare; ut antea non desperaverit de difficultate expedienda, quam Ἰάς illa praebet, Mnaseae librorum catalogo inserenda.

Qui data opera ante hos paucos menses de Mnasea scripsit, Prellerus, quum eandem quidem omnino amplexus sit sententiam, tamen multum abest, quin omnia, quae disputavit, mihi persuaserit. Quare, quid mihi tamquam certum neque dubitationibus obnoxium posse videatur statui, hoc loco proponam. Tres igitur in partes divisae fuerant istae periegeses secundum normam, quam tres illo tempore cognitae terrae partes suppeditarunt. Quas singulas in libros denuo fuisse separatas, veterum Mnaseam citantium locis quibusdam edocemur; qui libri quot fuerint haud facile hodie quis investigaverit. Scholion Homericum ad Il. ο′ 336, quo octavus prodit Mnaseae periegesium liber, quum corruptum esse cum Prellero statuimus, tum infimae omnino est notae neque cui ullo modo auctoritas sit tribuenda. Quod quum ita se habeat, quo difficilius est verum librorum eruere numerum, eo periculosius eius fit conamen, qui fragmenta per singulos libros studeat distribuere. Etenim ut doceant nos illa ipsa fragmenta, tertium exstitisse Mnaseae Europiacorum librum, eo omnino tres tantum fuisse Europae libros non maiori iure colligimus, quam, quum Libyae librorum nusquam obviam fiat numerus, ea operis parte alteram istam divisionem Mnaseam omnino non adhibuisse, licet coniicere. (Prellerus, quum

plures fuisse Libyae libros eo putet posse coniici, quod Mnaseas citatur ἐν τοῖς περὶ Λιβύης, nullo hoc videtur esse argumento. Ita v. g. Herodotus citatur ἐν τοῖς Περσικοῖς, ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις λόγοις). Non assentiendum igitur est iis, qui sagacibus sese dedunt pristini ordinis restituendi fragmentaque per singulos libros distribuendi conaminibus, eo tamen nullo modo possunt pervenire, ut inveniant, quod extra cuiusque generis contentiones sit positum persuadendique, quae uni vero inest, vim prae se ferat. Factum est a Prellero tale ordinis librorum restituendi periculum, quod quum, ut mihi videor demonstrasse, fundamentis iam non solidis sit superstructum, ne tunc quidem, quum persuasum mihi esset talis conaminis de utilitate, consentientem me haberet. Vide enim, quam levibus nitatur argumentis. Narratur uno eorum, quae aetatem tulerunt primi Europae libri, fragmento, de inventione quadam, siquidem inventor potest nominari, qui primus lunae in coelo decursus normam observavit. Altero fragmento quum Athenae Hippiae cognomen inde derivatur, ὅτι τὸ ἅρμα τῶν ἵππων ἐξεῦρεν, plus quam verosimile Prellero videtur esse, inventionum historiam primum Mnaseae Europae librum continuisse. Quum iam primum periegetae non sit, continuam inventionum describere historiam, ut qui natura sua singula enarret, quae singulis locis inveniat: largiar tamen, quod concedere nequaquam possum, venisse talem Mnaseae cogitationem. Quo tandem iure primo iam Europiacorum libro hocce argumentum tractavit, quod longe aptiorem obtinuisset locum toti operi aut tamquam praefatio praemissum aut additum tamquam appendix? Quomodo deinde libro inventionum historiam complectenti fragmenta possint annecti, qualia sunt, quae apud Ammon., s. v. Νηρεΐδες de Nereidibus aut apud Hygin., c. astr. II. 21 de Hyadibus leguntur, eius conaminis ipse Prellerus reddat rationes, quas mihi fateor non suppeditare. Eo vero modo quum appareat, quod primo libro adsignatum est argumentum, non magnam prae se ferre speciem, eum revera obtinuisse locum: iam per se repudiantur, quae de

ceteris disseruit libris. Multa enim fragmenta quum haud dubie primo libro sint adimenda aliisque inserenda, quod stabile sit quodque firmum, nihil superest. Mihi quum suffecerit, fragmenta Mnaseae periegesis, quae aetatem tulerunt, per tres illas maiores operis partes distribuisse, minorem quidem opera mea prae se feret splendorem, eo vero propius, quod proponam, ad veritatem accedet; satius enim iudico, nescire res, quae certo enucleari nequeunt, quam ei, quod sit verosimile, indulgendo et me et alios decipere.

Quod alterum citatur Mnaseae opus, τὸ περὶ χρησμῶν aut χρησμῶν Δελφικῶν συναγωγή adpellatum, eius complura adhuc exstant fragmenta. De quo cf. Preller, l. laudato.

Omnium portentosissimam de Mnasea sententiam in medium protulit Gräfenhahn, Hist. Philol., T. II. p. 162:

»Eratosthenes fand heftige Gegner an dem Aristarcheer Mnaseas aus Patrai in Lykien oder Achaea (c. 166 v. Chr.) und an Hipparch aus Nikäa, deren beider Kritik des Eratosthenes sich noch aus Strabo abnehmen lässt."

Quibus verbis subiungit hancce notulam qualemcumque:

»Fabricius, Bibl. Gr. II. 131; VI. 337. Er schrieb περὶ Εὐρώπης, περὶ Ἀσίας, eine περιήγησις u. e. περίπλους u. and. in Versen.

Quae quot rationibus sint falsa, dici vix potest. Etenim de Patris, Lyciae urbe, nihil apud veteres constat; Eratosthenis, non Aristarchi discipulus fuit Mnaseas. Tum, quod Eratosthenis adversarium Mnaseam fuisse dicit, prorsus novum hoc est atque inauditum; cui opinioni, quem excitat Gräfenhahnius auctorem, de eo dubitare quis possit, num omnino Mnaseae Patarensis vel nomen cognitum habuerit; etenim mihi Strabonis opus perlustranti nusquam in oculos incidit. Sed vereor, ne temeritati levitatique hic error sit tribuendus, cuius originem licet indagare. Etenim apud Ukertum, l. c., una eademque operis sectione de Mnasea est sermo et de Hipparcho, et hisce quidem verbis:

»Als Schriftsteller bedeutend war gegen diese Zeit Mnaseas, aus Lykien u. s. w.; er schrieb eine Erdbeschreibung,

und die von ihm angeführten Bücher sind wahrscheinlich Theile derselben. Dass die Bemühungen der früheren Geographen sehr mangelhaft waren, sah man um diese Zeit immer mehr ein; daher besonders Hipparch von Nicäa dieser Unzuverlässigkeit abzuhelfen suchte..... Er schrieb eine Kritik des Eratosthenes, wie uns Strabo (II. p. 93) zeigt, worin er diesen oft mit Bitterkeit, oft mit Unrecht tadelte."

Quo loco, quod de Hipparcho disseruit Ukertus, hoc a Gräfenhahnio Mnaseae, facta permutatione, est tributum. Unde denique sciat ille, versibus Mnaseam opera sua composuisse, non statim perspicitur. Tantumne fidei illi tribuit Procli scholio, quo Hesiodi filius Mnaseas aliquis appellatur?

CAPUT III.

DE MNASEAE INDOLE.

Mnaseae operum de pretio aut maiore aut minore ut certum aliquo modo iudicium possit constitui, primum, quae indolis propria fuerit natura, deinde, unde ista sit orta, indagetur necesse est. Quod, qui fecerit, alienus a praeiudicata quadam opinione, sicuti Mnaseae ipsius fragmentis edocetur, eo fortasse poterit pervenire, ut explicet, qui factum sit, ut in tam diversas abierint partes, quibus de eo sententia fuerit ferenda. Quum enim v. g. Niebuhrius (Kl. histor. u. philologische Schriften, 2te Sammlg., p. 225) de Mnasea non dubitet eloqui: »er darf zu den schätzbarsten Archäologen gezählt werden", Welckerus (Kleine Schriften, I. Bd., p. 435) talibus in eum invehitur, occasione oblata in tractando illo de Atergatide Dea fragmento, quod est apud Athen. VIII, p. 340. E: »Mnaseas selbst, damit uns auch dieser durch einen einzigen Zug, welchem aber Vieles Andere von ihm ähnlich sieht, die schlechte

Art der Mythologie in dieser Zeit vor Augen stelle," quum iam antea, »einem euhemeristisch verdrehten Schriftsteur," eum nuncupaverit. Quam Welckeri sententiam etiam Prellerus est amplexus, qui multus est in reprehendendo Mnasea.

Duplicem omnino, Mnaseae fragmenta qui accurate perlegerit, statim deprehendet indolis proprietatem; unam quam perpenderit habito alterius respectu, etiamsi non bene coire primo obtutu videantur, tamen facile poterit utrumque explicare, dummodo ad veros, unde manaverint, fontes, eruat reductae. Etenim primum tantum non unoquoque fragmento fit manifestum, summa intentione eo tendi Mnaseam, ut, quae aliqua ex parte vulgarem excedant rerum naturam, quibusque insit, quod ratiocinationibus satis e conditionum mere humanarum comparatione nequeat enucleari, ea una paene eademque semper adhibita medicina, adeo explicando torqueat, ut vel ieiunissimae indolis homini, quod non statim possit perspicere, nihil sit relictum. Prope quem demendi rebus, quid insit mirabilis, cupidinem, summa apud Mnaseam apparet diligentia in enquirendo eo, quod sit mirum, insolitum atque inauditum. Quam posui priore loco indolis Mnaseae proprietatem, ea explicanda est ex singulari quodam, nescio an divum vitii an virtutis genere, quod antiquissimis inde ex temporibus proprium fuerat Graecis historiam conscribentibus easque mythologicos enervantibus; de quo paullo accuratius erit videndum; altera »ad magnam illam reducenda est omnivis aucteris cum aetatis suae indole coniunctionem, ut nolens vel nesciens non solum virtutibus eius, sed etiam vitiis magnas debeat in conformando operum suorum consilio partes concedere."

Vix opus esse videtur, ut de similitudine locutus, quae sit historiographos Graecos inter atque periegetas, excusationem inde petam, quod, Mnaseae indolem explicaturus, argumenta conquiro ex historicorum Graecorum indolis comparatione; neque operam perdo in demonstran-

do, quo iungantur historia Graeca et mythologia, vinculo.

Quae insita fuit historicis Graecis indoles critica, eam ea potissimum operum parte adhibuerunt, qua fabulae traditionesque mythologicae eis fuerunt tractandae. Etenim duarum disciplinarum cultores inde a primis rerum Graecarum incrementis ei, quae fuit populi fides eique magnam partem superstructa mythologia, omni virium contentione adversati sunt atque obluctati, historicos dico atque philosophos. Quod de philosophis probare mei nunc non est muneris. Quorum praeterea eo in munere opera quum eo potius tenderet, ut universae mythologiae omnem simul detraherent fidem: suapte natura par est, non tam subitam idoneamque persuadendo vim Graecorum in animos exercuisse, quam historicos; quippe quorum ad intellectum, singulis rebus, quas cognitas unusquisque habuerit, inhaerentium, facilis unicuique paratus fuerit aditus, quum philosophorum enucleationes tam arcto fuerint eorum cum universo praeceptorum corpore iunctae vinculo, ut ex eis fractum qui voluerit percipere mythologiaeque inde perspicere vanitatem, universam eorum necesse sit perspexerit et sui iuris fecerit disciplinam.

Graecorum igitur historia quum initia sua caperet ab enarrandis singularum urbium originibus (κτίσεις), quae a Diis vulgo aut heroibus deducebantur, paene non potuit non fieri, ut mythorum crisis aliqua iam a primis historicis Graecis adhiberetur; atque inde est explicandum, quod eis ipsis temporibus, quibus laetissime floruerit Deorum cultus, quibus vix ipsa philosophia comprehendere ausa sit Deorum atque rerum naturam, eis dubitationes innasci videamus singulis historicis, num vera sint, quae sint a maioribus tradita. Itaque quum iam Cadmus Milesius (Vid. J. G. Vossius, d. Hist. Gr., I. p. 6, ed. West.), qui scripsit teste Suida Mileti totiusque Graeciae origines libris quatuor, enucleandis atque explicandis mythis operam dicitur navasse, pragmaticam, quam dicunt, in componendis mythis rationem manifesto secutus est Hecataeus Milesius (cf. J. G. Vossius, d. Hist.

Gr., p. 15, ed. West; Sévin, de Hecataeo Milesio (Mémoires de l'Academie des inscript. VI, p. 474); Creuzer, vetustissim. hist. Graec. fragm. p. 1—86). Quem, liberum ab antiquitatis auctoritate atque aequalium, figmenta sectantium, acri atque sollerti iudicio in indagandis solvendisque difficultatibus esse usum, prae ceteris ex Genealogiarum, quas scripsit, cernitur prooemio, quod est apud Demetr. d. eloc., § 2 et § 12: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται· τὰ δὲ γράφω, ὡς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελαῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν.

In omnibus muneris mei non est demonstrare historicis Graecis, qua ratione usi, quam secuti viam, e tradita fabularum narratiuncularumque farragine, quod certum sit fideque popularium dignum, studuerint enucleare. Quod, quum de eis, qui celeberrimi fuerunt isto in genere, sat notum sit, tum ne de illis quidem potest negari, qui rerum traditarum fidem prae ceteris sustinuisse, inque eis acquievisse vulgo putantur. Quin ipse Herodotus, ut haud raro deditus appareat plebis superstitioni, neque Deis eorumque legibus sanctius quid agnoscat: tamen eo pervenit interdum libertatis, ut ipsorum Deorum in naturam et originem inquirere non dubitaverit. (cf. Her. II. 52 et 53. — Creuzer, histor. Kunst d. Griech., p. 102—104). De Ephoro vero Theopompoque, qui, uterque Isocratis discipulus, singularem ea, quam secuti sunt in tradendis rebus gestis, ratione pragmatica, nacti sunt celebritatem, non opus est, ut multis hoc loco agam, quum praeclaram in eis operam collocaverint C. et Th. Mulleri, qui editis historicorum Graecorum fragmentis, singulis, quorum collegere reliquias, uberrimam praefationem praemiserunt. (cf. M. Markx, Ephori fragm. p. 51).

Quanta omnium rerum cogitationumque immutatio in Graeciam invaserit easque omnes in nationes, quae Graeco ingenio fuerunt imbutae Graecoque utebantur sermone, eo tempore, quo orientem occidenti aperuit Alexander Magnus, eam utpote notissimam, verbo attigisse sufficiat. Quod ta-

men ad istum, quem supra commemoravi, definiendum rerum mirabilium attinet amorem, ortum ea ipsa tempestate; eius ad illustrandam naturam ex praeclara C. G. Heynii de genio saeculi Ptolemaeorum disputatione (Opuscul. acad., Vol. I, p. 76 sqq.) pauca apponere liceat. »Sed quae", inquit (p. 82) »eius seculi multo etiam interior et notabilior indoles est, mirum aliquod multae et variae doctrinae, et imprimis fabulae atque historiae antiquae studium omnia ingenia occupavisse videas, quod etiam inepte ostentare eiusque laudem intempestive captare dicas. Curiosi esse malunt, quam ingeniosi. Quae res in ipsis poetis adeo obvia est, maxime in Callimacho et in Apollonio Rhodio. Itaque argumenta etiam operum ex antiquis fere fabulis aut ex subtili disciplina, ex astronomicis, physicis, geographicis et apotelesmaticis, eos petere, tum ex iis, quae adhuc exstant, tum ex deperditorum librorum indicibus apud Fabricium, Vossium, Jonsium, Meursium cognoscas." Ibid., p. 83. »Incessit, cum hoc antiquae historiae et fabularum amore, omnino res novas, mirabiles et peregrinas cognoscendi et tradendi studium; itaque ipsos historicos, quamquam ii fere omnes interciderunt, aut antiquas fabulas et urbium ac populorum origines, aut res admirandas, etiam historiam naturalem cum tradere vellent, aut Indica, Parthica, Scythica et eiusmodi alia composuisse et commemorasse legimus. Ex eo tempore peregrinationum et navigationis studium increbuit; unde tot Indicarum rerum scriptores, tot Peripli et terrarum descriptiones provenerunt, omninoque geographiae cognitio inclaruit."

Tot vero novis cognitis terris, gentibus, moribus, religionibus, quum ad comparandas suas ipsorum institutiones cum eis, quas in aliis deprehenderant terris, Graeci non potuissent non incitari, inde nova incrementa nacta est illa, antiquitus eorum animis insita evertendi vetera et tradita cupido; cui eo libentius eo sese tradidere tempore, quo minus, nova in dies atque inaudita cognoscendo atque recipien-

do, quietae vacabant eorum, quae abiicerent, reputationi. Instar omnium Euhemeri hoc loco nominandus est liber, cui est titulus *ἱεραὶ ἀναγραφαί*; de quo non opus est ut prolixius hic loquar, quippe cuius de disciplina et fide multi singularibus disceptationibus egerint viri docti; quorum varias atque discrepantes inter se isto de scriptore sententias longum est hoc loco enumerare atque diiudicare (cff. Sévin, Mem. de l'Acad., T. VIII, p. 117; Höck, Creta, T. I, p. 158; T. III, p. 326 sqq.; O. Müller, Prolegom. p. 98 et 99; Krahner, Grundlinien zur Geschichte des Verfalles der Römischen Staats-Religion bis auf die Zeit des Augustus, Halle 1837; Gerlach, Histor. Studien, p. 137—154).

tisse narrant homines, aut quod Lunae descriptionem et observationem serioribus demum aetatibus inter eos receptam viguisse constat." Quam vero priorem istius nominis de origine profert Heynius opinionem, nullo omnino illa nititur fundamento et vocabuli tantum simplex est interpretatio; posteriori vel ipsa veterum ea de re testimonia, id quod statim apparebit, adversantur. — Ab aliis derelicta est veterum illa sententia, qua cum Luna cognomen istud cohaeserit. Quorum alii a προσελεῖν verbo, ut cui eadem insit, quae ὑβρίζειν vocabulo, sententia, nomen deducunt. Sed, ut incerta est haec interpretatio, ita, quid ita explicato cognomine sibi vindicaverint Arcades, non liquet. Alii, quorum est Döderlein, ab Ἕλληνες vocabulum declinant, ita ut Προσέληνοι sint, qui ante Hellenes in Graecia fuerint. Qua tamen explicatione haud ita magna Arcadibus evaderet antiquitas. Maluerim, modo populi nomen verbo inesse deberet, de Sellis cogitare, de quibus ita Aristot. Meteorol., XIV, p. 32 ed. Bekker: ὁ καλούμενος ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός. καὶ γὰρ οὗτος περὶ τὸν Ἑλληνικὸν μάλιστα ἐγένετο τόπον καὶ τούτου περὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ περὶ Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῷον. οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν· ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα καὶ οἱ καλούμενοι Γραικοί, νῦν δ' Ἕλληνες· (Cff. Philoch. ap. Strab., VII, p. 379; Schol. Hom. Il., XVI, 234. — Welcker, über eine kretische Colonie, p. 29).

Certa in re incertissima haud facile quis constituat. Quidquid tamen ista de re cogitavi, proponam. Antiquissimis iam temporibus Lunae in coelo decursus normam a Graecis fuisse observatam, ipso, in cuius explicatione versamur, scholio demonstratur. Cuius normae indagator traditur fuisse Endymio, Arcas genere, si scholiastae verbis fidem licet adiungere. Fuit igitur Arcadum gens, priusquam Lunae cursum Endymio invenit; unde fortasse Προσέληνοι appellati. Qua probata explicatione ille restat scrupulus, quod Luna antiquiores vocantur, qui fuere ante Lunae in coelo decursus observatam normam. Recedit praeterea a

vulgari traditione, quod Arcas Endymio vocatur; unde Scholiastae (fort. ipsi Mnaseae) maluerim illam, quam proposui, tribuere Προσέληνοι nominis interpretationem; quam ut fulciret istam Endymioni vindicavit patriam. Qua tamen fabula cognomen fuisse antiquius, habeo pro explorato. Cuius hanc propono etymologiam. Sicuti σελήνη ab ἑλεῖν vocabulo, cui fulgendi, coruscandi inest notio, declinatur, ita σέληνοι sunt fulgentes, coruscantes, clari; προσέληνοι, qui prae ceteris fulgent, qui ceteros celebritate exsuperant. Quo ex cognomine, cui cum certa aliqua re nulla ab initio fuerit coniunctio, ob ipsum Σελήνη vocabulum certamque eius significationem, fabulam istam postea esse ortam, nemo infitiabitur.

Ad fragm. 4.

Totum illum de Glauco locum, quomodo Deus factus sit ex homine, exposuit suaque pro consuetudine explicare conatus est Palaephatus περὶ ἀπίστων, c. 28 (p. 110 sqq. ed. Fischer). De diversis autem Glauci historiae mythicae capitibus deque variorum quibus parentes induantur, nominum significatione v. Schol. Apoll. Rh., I, 1310; Tzetz. ad Lycophr. Cass. v. 754 et 811; Serv. ad Virg. Aen. v. 823; Welcker, Aesch. Trilogie p. 311 et p. 471.

Anthedon urbs fuit Boeotiae, Glauci patria. V. Steph. Byz. s. v. Ἀνθηδών· Ἀνθηδών, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος·

Ἀνθηδόνα δ' ἐσχατόωσαν.

Ἀπ' Ἀνθηδόνος τοῦ Διός, τοῦ Ἄνθου, τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄβαντος· συνῴκισαν δ' αὐτὴν Θρᾷκες, ὡς Λυκόφρων (l. c.)·

Ἀξῷ σύνοικος Θρηκίας Ἀνθηδόνος.

Schol. Hom. Il., II, 508. Ἀνθηδόνα· ἐκ ταύτης ἦν Γλαῦκος ὁ θαλάσσιος; Paus. IX, 22; Völcker, Mythologie d. Iap., p. 117; p. 126 sqq.; Müller, Orchomen., p. 264; Fischer, index ad Palaeph. s. v. Γλαῦκος; Voss, mythologische Briefe, II, p. 197 sqq.

De Ialyso et Dotide cff. Steph. Byz. s. v. Ἰάλυσος (p.

142 W.); Dict. Cret., IV, 4 (p. 157 ed. Dederich); Tzetz. ad Lycoph. Cass. 953; Ortel, Thes. Geogr. s. v. Ἰαλυσος.

Symam in insulam, quomodo et per quos variis temporibus coloniae sint deductae, Diodorus narrat, V, c. 53. Quae tamen exhibet, cum Mnaseae narratione (id quod iam Wesselingius observaverat huius loci in explicatione) minime congruunt. Etenim dicit: Τὴν δὲ νῆσον τὴν Σύμην ὀνομαζομένην τὸ παλαιὸν ἔρημον οὖσαν πρῶτοι κατῴκησαν οἱ μετὰ Τρίοπος ἀφικόμενοι, ὧν ἡγεῖτο Κθόνιος ὁ Ποσειδῶνος καὶ Σύμης, ἀφ' ἧς ἡ νῆσος ἔτυχε ταύτης τῆς προσηγορίας. ὕστερον δ' ἐβασίλευσε ταύτης Νιρεὺς ὁ Χαρόπου καὶ Ἀγλαΐας, κάλλει διαφέρων· ὃς καὶ ἐπὶ Τροίαν μετ' Ἀγαμέμνονος ἐστράτευσε, τῆς τε νήσου δυναστεύων καὶ τῆς Κνιδίας μέρους κυριεύων· μετὰ δὲ τοὺς Τρωϊκοὺς χρόνους κατέσχον τὴν νῆσον Κᾶρες, καθ' ὃν καιρὸν ἐθαλαττοκράτουν κτέ. (v. Theocr. Idyll., XVII, 68; Müller, Dorier, I, p. 125). Mnaseae autem partes sustinet Steph. Byz. s. v. Σύμη (p. 236 W.)· Σύμη, νῆσος Καρικὴ, ὡς Στράβων τεσσαρεςκαιδεκάτῃ (p. 658), καὶ πόλις ὁμώνυμος· ὠνόμασται δ' ἀπὸ Σύμης τῆς Ἰαλύσου.

Ad fragm. 5.

Vario modo regis istius Indici aut Bactriaci, qui Phryx hoc Athenaei loco vocatur, nomen apud scriptores scriptum invenitur; Androcottus ap. Strab., p. 105 (ed. Falc.); Sandrocuttus ap. Athen., I, 19; Sandrocottus ap. Strab. p. 999, 1000, 1007, 1026; Iust. XV, c. 4 et alios. Qua de re cff. Schlegel, Indische Bibliothek, I, p. 245 et Dindorfii addenda ad Athenaei praefationem.

Ad fragm. 6.

Huius loci quam excogitavit Prellerus l. l. interpretationem, scilicet, φακὴ cognomine insipidis addito brutisque hominibus, facetias quasdam Mnaseae e verbis esse eruendas, ut qui Odyssei, Graecorum prudentissimi callidissimique, stupidam tradiderit fuisse sororem: ea vereor ne sit sagacior, quam verior. Quam ei subministrasse quum

putem superlativi illius συνετωτάτου καὶ φρονιμωτάτου habitam rationem: eius videtur immemor fuisse rei, quod fere numquam Odyssei apud veteres fit mentio, nisi addito epitheto quodam, quo extollatur eius prudentia atque astutia. Immo, quod satis inepte documentis de φακῇ, cibo quodam, (cf. Lobeck, Phrynichus p. 455) e Comicorum fabulis congestis ista de Odyssei sorore, quippe cui φακὴ fuerit cognomen, adiungitur narratio, unice Athenaei consuetudini est inculcandum, secundum quam, verbi alicuius inhibita mentione, quidquid de eo scit atque inaudivit, ordinis significationisque nullo habito respectu, uno tenore profluere iubet. Cui rei documento sit lib. X, p. 499 D. Occupatus est in ποτηρίων variis enumerandis generibus; quorum unum σκύφος fuisse refert. De quo vocabulo quum multa iam fecerit verba, expositioni suae finem impositurus, prorsus neglecta primaria verbi significatione, haecce narrat: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Δερκυλίδας ὁ Λακεδαιμόνιος Σκύφος, ὡς φησὶν Ἔφορος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ λέγων οὕτως· »Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ Θέβρωνος Δερκυλίδαν ἔπεμψαν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἀκούοντες, ὅτι πάντα πράττειν εἰώθασιν οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν βάρβαροι μετ' ἀπάτης καὶ δόλου. Διόπερ Δερκυλίδαν ἔπεμψαν, ἥκιστα νομίζοντες ἐξαπατηθήσεσθαι. ἦν γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ τρόπῳ Λακωνικὸν οὐδ' ἁπλοῦν ἔχων, ἀλλὰ πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ τὸ θηριῶδες. Διὸ καὶ Σκύφον αὐτὸν οἱ Λακεδαιμόνιοι προσηγόρευον". Quo loco falsissimam esse Σκύφος lectionem, pro qua Σίσυφος esse restituendum primus Porsonus perspexerit, (cf. C. G. Cobet, Adnotatt. ad Orationem *de arte interpretandi* p. 59), nos nihil impedit, quominus exemplo utamur; mendum enim Athenaeo est antiquius; quem quin σκύφος legerit veramque hanc iudicaverit lectionem dubitari nequit.

De Lysimacho, cuius ex operis περὶ νόσων libro tertio Mnaseae locum citavit Athenaeus, cf. Vossius, de Hist. Gr., p. 464 ed. West. Quem doctissimum fuisse auctoritateque magna apud ipsos Graecos fructum esse, alii nonnulli demonstrant loci, quibus eodem, quo hic ab Athe-

naeo, modo, eius ex opere aliorum scriptorum fragmenta excitantur. Cff. Schol. partim inedita ad Eurip. trag., ed. Cobet (in Geelii Eurip. Phoenissarum editione) p. 303 (Troad. v. 31): Λυσίμαχος δὲ τὸν τὴν Πέρσιδα πεποιηκότα φησὶ γράφειν οὕτως·

Θησεΐδαις δ' ἔπορεν δῶρα κρείων Ἀγαμέμνων,
ἡδὲ Μενεσθῆϊ μεγαλήτορι ποιμένι λαῶν: —

et p. 282 (Andromach. v. 24): Λυσίμαχος δ' ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων φησὶ Πρόξενον καὶ τὸν Ἀκάνθιον Λυκομήδην ἐν τοῖς Λακεδαιμονικοῖς ἱστορεῖν ἐκ μὲν Ἀνδρομάχης γενέσθαι τοὺς προαιρημένους, ἐκ δὲ Κλεονάσσης τῆς Κλεοδαίου Ἄργον, Πέργαμον, Πάνδαρον, Δωριέα, Ἔραον, Δανάην, Εὐρύμαχον κτέ.

Quibus alia aliis ex scriptoribus exempla possunt subiungi.

Ad fragm. 7.

Quae iamdudum inter viros doctos agitata est de Fulgentio quaestio, ea ne nunc quidem certum ad finem est perducta. Quam Munekeri inde atque Ruhnkenii a temporibus ad nostram usque aetatem enarrando retractare supervacaneum est atque otiosum, quum, quo pervenerint, qui data opera rei incubuerint, neminem fugiat. Quum iam antea dubitatum fuerit, num omnino veteribus auctoribus adscribendus sit Fulgentius (cf. Orelli, ad Tac. Dial. p. 5 et Lectt. Petron. p. 3); deinde, num idem sit, qui librum de abstrusis sermonibus, atque qui composuerit Mythologiam Virgilianamque Continentiam: quum illam opinionem magna codicum antiquitate atque eo redarguerint, quod iam a. 950 p. Ch. n. usurpatum ab aliis istum demonstravere librum; hanc vero damnaverunt, ipsius libri indole istis cum operibus comparata, »in quibus idem invenient legentes ingenium hominis, eandem affectationem doctrinae cuiusdam reconditae ac tenebricosae, eandem dicendi consuetudinem, horridam quidem illam et operosam, sed illis temporibus communem nec dissimilem eloquentiae aut Marciani Capellae aut Boethii" (cf. Gerlach, praef. ad Non. Marcell. p. XXX): nunc tota denuo

retractata est quaestio a L. Lerschio, nova parata Fulgentii de abstrus. serm. libri editione. Qua tamen opinionum certamini finem non potuit facere; id quod demonstratur comparatis iudiciis, quae publice ea de opera sunt lata (cff. R. Klotz in Iahnii Annal., T. XLIII, p. I, p. 71—96; Roth in Annal. Heidelb., a. 1845, p. 603—616; cff. praeterea Ritschelii Parerga Plaut. p. XII, 95, 104, 191, 196; I. Becker, Beiträge zur Kritik des Fulgentius in Mus. Rh., a. 1846, I, p. 32—44).

Notissima altera est quaestionis, quae est de Fulgentii fide, pars. In qua, quatenus pertinet ad locum a me tractandum, a vera ratione me non puto aberraturum, eam tenendo viam, quam indicavit O. Iahn in Prolegom. ad Pers., p. XXV, cuius haec, quae huc faciunt, sunt verba: »Vocabula finxisse Fulgentium nihil est cur putemus, immo vocabula certis veterum scriptorum locis desumpta sunt, quos accuratius scire valde e re nostra esset. Porro nec in explicationibus, quas addidit, doli mali eum accusem; fecit, ut potuit, et quamquam inepta falsaque non desunt, haec inscitiae potius, quam dolo tribuenda videntur. Verum in testimoniis, quae addidit, fraudem exercuisse dicendus est. Partim quidem ea apposuit, quae memoria suppeditavit non satis fida, ut apparet; ubi haec non sufficiebant, vel ubi splendidius aliquid exornare volebat, effinxit testimonia. Ut hoc probabiliter faceret, raro aliquid prorsus novum excogitavit, vero aliunde notis usus est, ut immutando nova faceret; ita tamen fere, ut suspicionem fraudis moveat. Itaque non mirum, si Fulgentii scriptores alibi quoque laudantur..... Neque negaverim, laudari apud Fulgentium fortasse scriptores quosdam, aliunde non notos, qui revera exstiterint, cum fontes adire potuerit nobis non reclusos; verum in tota libri conditione ea re nihil lucramur. In hac enim gravi suspicione nihil Fulgentio credi potest *aliunde non testatum*. Haec per singula ita erunt persequenda, ut, quantum fieri potest, demonstretur, quid fingendi ansam et occasionem

praebuerit, unde suam cognitionem hauserit Fulgentius."

Duplicem, tradit Fulgentius, — vispillo verbo infuisse notionem; etenim significasse aut baiulum mortuorum aut cadaverum nudatorem. Utramque auctoribus citatis studet fulcire, utrique scriptorem Graecum testimonii causa excitat. Quae Fulgentii consuetudo variis modis potest explicari. Etenim usurpavit aut Graecorum scriptorum versiones Latinas (quibus ad rem suam bene potuit uti, quippe cui non res sententiaeve aliunde essent probandae; sed id unum demonstrandum, reperiri omnino verbum aliquod intra sermonis Latini fines; qua in re pessimis scriptoribus aeque bene ac optimis potuit uti, Graecorum scriptorum adhibere versiones Latinas eodem iure, quo scriptores proprie Latinos), aut apertae fraudis est accusandus. (cf. Iahn., l. l., Lersch, Fulg., p. 27.). De qua hoc quidem loco sermo esse nequit. Aliunde enim notissimus est, cuius innititur fide, Mnaseas scriptor. Quem praeterea non solum nomine cognitum habuisse, sed etiam legisse Fulgentium, alterum ex eodem accitum argumento est testimonium, obvium in Mythol. l. II, c. 19; cuius vel ipsa Graeca Mnaseae verba mihi videor invenisse (cff. quae adnotavimus ad fr. 3). Cogitandum igitur est, aut revera extitisse Latinam Mnaseae versionem; aut usurpasse Fulgentium ad rem, cui frustra testimonia anquisiverit, firmandam versionem a sese ipso confectam; qua re, ut testimonio detrahatur vis id demonstrandi, de quo excitatum sit, servatum tamen est Mnaseae fragmentum.

Posito igitur Fulgentio, de Mnasea sit sermo atque de narratione ab eo in medium prolata, scilicet Apollinem a Iove devictum et interfectum a vispillonibus ad sepulturam esse delatum.

Rem interpretandi periculum fecit O. Müller, Prolegomen. ad Myth., p. 307, vetere quodam in auxilium vocato de Apolline mytho, secundum quem Αἴδου ἀδμήτου (eiusdem, qui in Il. IX, v. 158 ἀδάμαστος vocetur) Apollo fuerit servus; unde postea illam ortam putat de Admeto rege

fabulam. »Wenn wir," ait, »als ursprüngliche Sage ein Hinabsteigen des Apollo in die Unterwelt annehmen, so fällt dadurch ein unerwartetes Licht auf die sonst freilich sehr verworrenen Fabeln, die von einem Tode des Gottes Apollon reden. Dahin gehört, was Mnaseas von Patara berichtet bei Fulgent., Expos. serm. ant., p. 168." Sed Apollinis mortis commemoratio mytho, quem Fulgentius tradidit, explicando nequit sufficere, quippe in quo prae ceteris id sit spectandum, quod a Iove Apollo est interfectus. Adsunt quidem veterum testimonia de Apollinis cum Iove certamine. Ita v. g. Cicero d. N. D., III, 23 Apollinis facit mentionem, Corybantis filii, nati in Creta, cuius de illa insula cum Iove ipso fuerit certamen. (Quem pro illa re alterum citat testem Höck, Creta I, p. 146, Clementem Alexandrinum, nihil ille mihi videtur probare, quippe cuius haec sint verba: Ναὶ μὴν Ἀπόλλωνα ὁ μὲν Ἀριστέλης πρῶτον Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς. ἐνταῦθα δ' οὐκέτι παρθένος ἡ Ἀθηνᾶ· δεύτερον, ἐν Κρήτῃ, τοῦ Κορύβαντος, τρίτον τὸν Διὸς κτέ.) Itaque Apollinis de morte, isto orta ex certamine, nihil constat neque invenitur Apollinis sepulchrum, unde fortasse redundaret aliquid ad mythi investigandam naturam.

Quae igitur veterum testimoniorum fretus auxilio explicare non potui scriptoris verba, ea per coniecturam restituendi feci periculum. Etenim pro Apollinem *Apopidem* proposui legendum. Quo adductus sum, collato Plutarchi loco in libro de Iside et Osiride (Plut. Opp. Mor., ed. Reisk., T. VII, p. 442), quo haec inveniuntur: »ἄλλος δὲ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς Ἄποπις ἡλίου ὢν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διΐ, τὸν δ' Ὄσιριν ὁ Ζεὺς συμμαχήσαντα καὶ συγκαταστρεψάμενον αὐτῷ τὸν πολέμιον, παῖδα θέμενος, Διόνυσον προσηγόρευσεν. (De Apopide cf. Lepsius, Todtenbuch der Aegyptier c. 39 passim; Champollion, Gramm. égyptienne, p. 126.). Apollinis nomen, pro insolito illo Apopide, facile potuit substituere, qui minus accurate locum perlustraret. Quod utrum ipse Fulgentius, quum e Mnaseae versione aut ipso Mnaseae opere locum illum desumpserit,

an fecerint Fulgentii opus quum descripserint librarii connivantes et oscitantes, haud ita facile quis discernat. Mnaseae igitur vindicanda illa est lectio. Plutarchum vero, ut etiam hoc addam, qui diceret e Mnaseae opere ipsum illum e libro de Iside et Osiride a me citatum desumpsisse locum, nimiae temeritatis minime esset coarguendus; paucis enim lineis interpositis, Mnaseae auctoritatem, apposito nomine, Plutarchus usurpat.

Ad fragm. 8.

Propositae hoc loco Nereidum Nereique filiarum differentiae Mnaseas ipse unicus auctor videtur fuisse. Qui enim ex professo mythos tractavere scriptores aut Graeci aut Romani, eorum ne unus quidem illius facit mentionem Nereidum Nereique filiarum separationis. Promiscue neque ullo facto discrimine Nereides aut Nerei filiae Deae istae appellantur. Quorum solo de numero dissensio est apud auctores; at ea, qua quinquaginta fuisse dicuntur, sententia, plurimorum nititur gravissimorumque auctorum testimoniis (Cff. Hesiodi Theog., v. 241; Pind. Isthm., v. 6 et 8; Hygin., praef. ad mythol.).

De Didymo χαλκεντέρῳ, Bacchylidis interprete, v. Müller, Gr. Litteraturgeschichte, I, p. 285; Parthey, das Alexandrinische Museum, p. 132.

Ad fragm. 9.

Consanguinitatis, qua Bucolionem Pani hoc scholio iungit Mnaseas, facilis invenitur explicatus. Nihil enim magis consentaneum ei potest esse, genealogias pro arbitrio qui fingit, quam Pani, pastorum Deo, eum tribuere filium, cuius vel ipsum nomen rei pastoriciae partem significet. De Pane νομίῳ cff. Hom. Hymn., VII, 5; Paus. VIII, 38, 8; Virg. Eclog., I, 13. Bucolionis, Laomedontis filii, mentio fit apud Homerum, Il. VI, 20:

Δρῆσον δ' Εὐρύαλος καὶ Ὀφέλτιον ἐξενάριξε·
βῆ δὲ μετ' Αἴσηπον καὶ Πήδασον, οὓς ποτε Νύμφη·

Νηΐς Ἀβαρβαρέη τέκ' ἀμύμονι Βουκολίωνι·
Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος,
Πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ·
Ποιμαίνων δ' ἐπ' ὄεσσι μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ.
Ἡ δ' ὑποκυσαμένη διδυμάονε γείνατο παῖδε.

Quos ad versus haec exstat Eustathii interpretatio: Σκότιον δέ ἑ (ἤγουν ἐγείνατο μήτηρ ἤτοι ἐκ λαθραίας μίξεως· ὅπερ ὁ Ἀπίων ἐξ ἀδιαδοχήτων γάμων φησί. ποιμαίνων δ' ἐπ' ὄεσσι καὶ αὐτὸς, ὡς καὶ ὁ τοῦ Πριάμου Ἀλέξανδρος καὶ ἄλλοι πολλοί, μέγη τῇ προσεχῶς ῥηθείσῃ Ἀβαρβαρέῃ νύμφῃ φιλότητι καὶ εὐνῇ· ἡ δ' ὑποκυσσαμένη, τουτέστιν, ἔγκυος ὑπ' αὐτοῦ γενομένη, διδυμάονε γείνατο παῖδε. Ὅρα δὲ καὶ τὴν περιπέτειαν τοῦ Βουκολίωνος. ἡ μὲν γὰρ κλῆσις αὐτῷ ἐκ τοῦ βουκολεῖν, ἡ δὲ τέχνη ποιμαντική. ποιμαίνων γὰρ φησὶν ἐπ' ὄεσσι. καὶ ἴδε καὶ νῦν ὅτι τὸ ποιμαίνειν ἐπὶ προβάτων κυριολεκτεῖ ὁ ποιητής.

Cf. Dict. Cretens., IV, 22 (p. 183 ed. Dederich.).

Ad fragm. 10.

Quod ab Euripide Pani additum est Κρονίου cognomen, accita Mnaseae auctoritate, explicare studet scholiasta. Variis diversissimisque a veteribus scriptoribus Pan tribuitur parentibus, inter quos Kroni tamen incassum anquisivi nomen. (v. Schol. Theocr., I, 3; I, 113; Hygin. fab. 224; Apollod. I, 4. 1; schol. Pind. Pyth. in argum.; Eudoc. p. 323; Tzetz. ad Lycophr. Cas. 772; Heyne, Observatt. in Apollod., p. 18; Hemsterhuusius ad Lucian., T. II, p. 317 et 318 ed. Bipont.; Schwenck, etymol.-mythol. Andeut., p. 213 sqq.). At explicatur res, habito respectu scholii verborum ἢ ὅτι παλαιός ἐστιν. Quamvis enim contrariam huic sententiam colligere quis sibi possit videri, Herodoti collatis verbis II, 145: Ἐν Ἕλλησι νεώτατοι τῶν θεῶν νομίζονται εἶναι Ἡρακλῆς τε καὶ Διόνυσος, καὶ Πάν: tamen, facto temporum discrimine, difficultas haecce erit sublata. Posterioribus enim temporibus, id quod constat propositisque exemplis statim fiet quam manifestissimum,

summa fuit in secreto Deorum cultu Panis auctoritas. Cuius vero Dei magna est auctoritas, ei magna antiquitas, tamquam quae a divina dignitate nequeat secerni, vindicatur. In decimo hymno Orphico Pan, hisce invocatus versibus:

Πᾶνα καλῶ κρατερὸν, νόμιον, κόσμοιο τὸ σύμπαν
Οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν, ἰδὲ χθόνα παμβασίλειαν
Καὶ πῦρ ἀθάνατον· τάδε γάρ μέλη ἐστὶ τὰ Πανός:

ἀληθὴς Ζεὺς ὁ κεράστης v. 12 appellatur. (Cf. Orph., Hymn. fragm. 28. 13). Talia vero scholiasta Theocriti idyll., I, 123. Τὸν δὲ Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης καὶ Ὀδυσσέως, ἢ Ἑρμοῦ, ἄλλοι δὲ Διὸς καὶ Καλλιστοῦς, ἕτεροι δ' Αἰθέρος καὶ Οἰνηίδος ἢ Νηρεΐδος· ἔνιοι δ' Οὐρανοῦ καὶ Γῆς.

Ad fragm. 11.

Pro σκάρον, suadentibus Aristotele et Aeliano, legendum est κάπρον.

Cff. Athen. l. c.; Aristotel. Hist. Anim., IV, c. 9: οἱ δ' ἰχθῦς ἄφωνοι μὲν εἰσὶν· οὔτε γὰρ πνεύμονα, οὐτ' ἀρτηρίαν, καὶ φάρυγγα οὐκ ἔχουσιν. ψόφους δέ τινας ἀφιᾶσι καὶ τρισμούς, οὓς λέγουσι φωνεῖν, οἷον λύρα καὶ χρόμις. οὕτω γὰρ ἀφιᾶσιν ὥσπερ γρυλλισμόν, καὶ ὁ κάπρος ὁ ἐν τῷ Ἀχελῴῳ, ἔτι δὲ χαλκὶς καὶ ὁ κάκκυξ. ὁ μὲν γὰρ ψοφεῖ οἷον τριγμός· ὁ δὲ παραπλήσιον τῷ κάκκυγι ψόφον ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔχει. — Aelian., d. Nat. Anim., X, c. 11. Φύσεως δ' ἰχθύων εἰσὶν ἀμαθεῖς, ὅσοιπερ οὖν τελέως ἁπάντων καταψηφίζονται σιωπὴν αὐτῶν· ἐπεὶ καὶ συρίττουσί τινες καὶ γρυλλίζουσι. Σαύρα μὲν γρυλλίζει καὶ χρόμις καὶ κάπρος, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν. χαλκὶς δὲ συρίττα· κάκκυξ δ' ἄρα τὸν ὁμώνυμον ὄρνιν τῇ φωνῇ μεμιμημένος φθέγγεται παραπλήσια.

De ipsis, qui in Clitore amne degant, piscibus vocalibus, conferendus est Pausanias, VIII, 21. 1: πρὸς δὲ τῇ πόλει διαβήσῃ ποταμὸν καλούμενον Κλείτορα· ἐκδίδωσιν οὗν ὁ Κλείτωρ ἐς τὸν Ἀροάνιον, οὐ πλέον τῆς πόλεως σταδίους ἀπέχοντα ἑπτά· εἰσὶ δ' ἰχθῦς ἐν τῷ Ἀροανίῳ καὶ οἱ ποικιλίαι καλούμενοι· τούτους λέγουσι τοὺς ποικιλίας κτέ. ἐγὼ δ' ἀγρευ-

θέντας μὲν εἶδον, φθεγγομένων δ' ἤκουσα οὐδέν, καταμεῖναι πρὸς τῷ ποταμῷ καὶ ἐς ἡλίου δυσμάς, ὅτε δὴ φθέγγεσθαι μάλιστα ἐλέγοντο οἱ ἰχθῦς.

Ex Aristotele ea de re talia refert Plinius XI. 112: Sed et ceteri pisces, quamvis pulmone et arteria careant, non in totum sine ullo sono sunt. Stridorem dentibus fieri cavillantur. Et is, qui caper vocatur, grunnitum habet, et alii, de quibus diximus. — Plin. IX, 34: Miratur et Arcadia suum exocoetum, appellatum ab eo, quod in siccum somni caussa exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur et sine branchiis, idem aliquibus Adonis dictus.

Cf. Siebelis ad Paus. l. l.; Gell, Itin. of the Morea, p. 129.

Ad fragm. 12.

Quam tradidit hoc loco Mnaseas fabulam, earum videtur esse e genere, quae, iunctae templo alicui seu sacro, Deorumque hisce locis cultorum haud dubie a sacerdotibus plus semel confectae, simul cum templis istis sacrisve interiierunt, nisi curiosi cuiusdam peregrinatoris studio indagatae popularibus omnibus fuissent traditae. Quae narrationis leguntur initio, in restituendis verbis Διὸς Ἡρακλέους varia conati sunt viri docti. Quem Prellerus librorum scripturam ad tuendam effinxit novum Deum Iovem Heraclem, ortum Iovis Heraclisque e coniunctione, licet analogiis cum studeat fulcire (cf. Heinrich, de Hermaphroditis, p. 14), unici Aeliani loci is niteretur auctoritate; quare repudiandum eum aliumque putavi esse circumspiciendum auxilium. Mea recepta coniectura, qua Schneideri legi vestigia, τοῦ Διὸς Ἡρακλέους emendantis, illa restat dubitatio, quod prorsus otiosa est Iovis commemoratio, nemine scilicet ignorante, Iovem Heraclis esse patrem. Quod enim Hebae matrem Heram a poetis cani addit Mnaseas, explicari potest; ita enim comparata ista est narratio, secundum quam Heracles totam per vitam Herae ira insidiisque vexatus eius filiam in matrimonium denique duxerit (cf. Apollod. B. M., II,

7. 7: ἐκεῖθεν δὲ τυχὼν ἀθανασίας, καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ, τὴν ἐκείνης θυγατέρα Ἥβην ἔγημεν), ut aut explicatione aut testimoniis videatur posse egere. Quo vitio laboret lectio mea, quominus vera possit haberi, indicavi; at alia fortasse via ad veritatem licet pervenire. Urbis enim, qua illud Heraclis Hebesque fuerit exstructum templum, aegre ferimus in narratione desiderari nomen. Quod Διὸς vocabulo puto inesse. Legendum est Δίῳ. Plures fuisse, quarum fuerit nomen Δῖον, urbes, Steph. Byz. refert s. v. Δῖον. Idem pluribus locis indicat Diod. Siculus (cf. Wesselingii ind. geogr. ad Diod. Sic. s. v.). De dativo hoc loco usurpato, praepositione non addita, cf. Madvig, Syntax d. Gr. Spr. § 45 *b*.

Ad fragm. 13.

Cff. Hesych. s. v. Πραξιδίκη: Πραξιδίκη· δαίμονά τινα φασὶ τὴν ὥσπερ τέλος ἐπιτιθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις καὶ πραττομένοις· διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γίνεσθαι καὶ τὰ θύματα ὁμοίως. — Pausan. III. 22. 2: Ἡ δὲ νῆσος ἡ Κραναὴ πρόκειται Γυθείου· καὶ Ὅμηρος Ἀλέξανδρον ἁρπάσαντα Ἑλένην ἐνταῦθα ἔφη συγγενέσθαι οἱ πρῶτον. κατὰ δὲ τὴν νῆσον ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης ἐν τῇ ἠπείρῳ Μιγωνίτιδος, καὶ ὁ τόπος οὗτος ἅπας καλεῖται Μιγώνιον. τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἱερὸν ποιῆσαι λέγουσιν Ἀλέξανδρον. Μενέλαος δ' Ἴλιον ἑλὼν, καὶ ἔτεσιν ὕστερον ὀκτὼ μετὰ Τροίας πόρθησιν οἴκαδε ἀνασωθείς, ἄγαλμα Θέτιδος καὶ θεᾶς Πραξιδίκης ἱδρύσατο ἐγγὺς τῆς Μιγωνίτιδος. — Paus. IX, 33. 2. Ἁλιαρτίοις δ' ἐστὶν ἐν ὑπαίθρῳ θεῶν ἱερὸν, ἃς Πραξιδίκας καλοῦσιν. Ἐνταῦθα ὀμνύουσι μέν, ποιοῦνται δ' οὐκ ἐπίδρομον τὸν ὅρκον· ταύτας μέν ἐστι πρὸς τῷ ὄρει τῷ Τιλφουσίῳ τὸ ἱερόν. — In Orphei Argonauticis v. 34 ὄργια Πραξιδίκης celebrantur; eiusdem in Hymn. XXVIII, 5. Proserpina vocatur Πραξιδίκη. — V. Panyasidis fragmentum ap. Steph. Byz. s. v. Τρεμίλη·

Ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος καὶ ἔγημε θύγατρα,
νύμφην Ὠγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσιν.
Σίβρῳ ἐπ' ἀργυρέῳ, ποταμῷ πάρα φινήεντι·

τῆς δ' ὁλοοὶ παῖδες, Τλῶος, Ξάνθος, Πίναρός τε
καὶ Κράγος, ὃς κρατέων πάσας λῃΐζετ' ἀρούρας.

Ideo omnes hos veterum scriptorum de Dea Praxidica locos adduxi, ut melius possit iudicari virorum doctorum de sententiis, quas ea de Dea aut occasione oblata aut data opera in medium contulerint. Igitur O. Müllerus, Orchomen. p. 122, non omnium videtur propositorum a me locorum habuisse respectum, quum »Eidgöttinnen" eas vocaverit, id quod ex uno Suidae tantum loco et Paus. IX, 33. 2 licuit colligere. Neque accuratius id videtur esse, quod Ios. Scaliger ad Festum p. 77 hisce tradidit verbis: »*Mihi Laverna in furtis celebrassis manus.* — Sic Graeci eodem modo adorabant τὴν Πραξιδίκην, ut consilia furandi ad effectum perduceret. Erat autem ea Dea tantum caput, sine reliquo corpore. Glossae Graecorum Πραξιδίκη κτέ." Siebelisium vero ubi audimus (ad Pausan., III, 22. 2), significatur notio vindictae ab eis, qui ius violarint, exigendae; πραξάσας δίκην, ultrices, ad alterum a me citatum Pausaniae locum manifesto eas appellat. Creuzerus (Myth. und Symb. IV, p. 206 ed. alter.) iungi censet Praxidica Dea Minervam et Proserpinam; et re vera utriusque Deae notio congruere videtur cum Praxidica. Etenim Ogygis nominatur filia; quem arcte iunctum esse cum Oceano demonstravit Schwenck, etymol.-mythol. Andeut., p. 179. Iuxta Thetidis Menelaus dicitur Praxidicae signum posuisse. Γυγαία appellatur Athena ap. Schol. Hom. Il, II, 865. Praeterea Alalcomeneis Minerva est appellata (cff. Steph. Byz. s. v. Ἀλαλκομένιον; Etym. M. s. v. Ἀλαλκομένιον; Müller, Orchomen. p. 213 ed. pr.); Ἀλαλκομενείαν unam e Praxidicis fuisse vocatam Photii indicat locus. Cum Proserpina vero uno alterove modo iunctam esse Praxidicam, iam ex Orphicis illis patere videtur a me laudatis locis. Quam autem tamquam unicam Dearum Siebelisius proposuit significationem, scilicet ultrices eas esse, ea postea videtur esse orta et originem suam ipsi nominis etymologiae debere. Discernenda igitur Πραξιδίκη Ἀθηνᾶ — Περ-

στεφάνη ab ea, quam dicit Hesychius Praxidicam, τέλος ἐπιτιθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοις καὶ πραττομένοις; cuius urgendae sententiam Scaligerum arbitror eo pervenisse, ut furum patronam non dubitaverit Praxidicam denominare. Cf. Meursius, d. regib. Attic., 1, 5; F. Ph. Funcke, dissertatio de Panyasidis vita ac poesi, p. 57.

Κτησίους Romanorum Penates fuisse vocatos tradit Dion. Halic., I, c. 67; Iovis Κτησίου mentio fit apud Phot., s. v. Κτησίου Διός et passim.

Ad fragm. 14.

Narrat de Zamolxide duobus locis Herodotus, qui quidem invicem sibi possent videri repugnare, nisi ex satis nota Herodoti explicarentur consuetudine, qua, vulgari exposita aliqua de re opinione, suam ipsius, quam cogitando est assecutus, sententiam addit. Altero enim loco, IV, 95, docuisse dicit Zamolxidem Scythas animi immortalitatem; Dei instar postea habito et culto homines immolatos esse, ea ratione, ut quinto quoque anno victima eligeretur. Mortuum autem quemque dicere solitos esse ire ad Zamolxidem. Quem Zamolxidem Pythagorae haberi servum. At, quod statim insequitur, capite, addubitata hac narratione: δοκέω δέ, inquit, πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τὸν Ζάμολξιν γενέσθαι Πυθαγόρεω. Quae quum sententia praeterea Eustathio nitatur auctore ad Odyss., IX, 65 (p. 335 ed. Basil. ὃς δοκεῖ πρότερον Πυθαγόρου γενέσθαι): ea tenenda videtur neque nimium tribuendum et Photio, qui collegit tantum aliorum opiniones; et Clem. Alexandrino, qui Stromat., lib. IV, p. 479 (ed. Sylburg) Zamolxidem Πυθαγόρου γνώριμον appellat; et eis, quae ab Iamblicho, d. vit. Pyth. c. 30 p. 146 ed. Kust., et a Porphyrio, d. vit. Pyth. c. 14 p. 16 ed. Kust. narrantur.

Orta autem altera videtur esse narratio ex similitudine aliqua inter Zamolxidis praecepta et Pythagorae de metempsychosi doctrinam.

Quod autem Kronos adpellatus est Zamolxis, ita esse idetur habere. Sunt, qui fabulam de Krono, lapidem pro lio devorante ex λᾶας et λαὸς verborum similitudine stu- leant deducere et proinde ex iis Kronum dicant fuisse Jiis, cui homines sint immolati; postea vero, mitigatis tempore hominum animis, illum de lapide devorato my- thum esse ortum (cf. Schwenck, Gr. Mythol., p. 5). Cui rei maiorem etiam verisimilitudinem illa de Deucalione et Pyrrha affert fabula notissima (cf. Gerlach, historische Studien, p. 6). Ipsa vero res fit manifesta, collatis vete- rum testimoniis, imprimis Schol. Hom. Odyss., V, 302 (p. 527 ed. Buttm.): τῷ γὰρ Κρόνῳ Σύοισι (οἱ τὴν Σαρδὼ κατοικοῦντες) τεταγμέναις ἡμέραις τισὶν οὐ μόνον τῶν αἰχμαλώ- των τοὺς καλλίστους, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοὺς ὑπὲρ ἑβ- δομήκοντα ἔτη γεγενημένους. Kronos igitur Zamolxis appel- latus est, quoniam utrique homines immolabantur. — Quam sententiam meam nolim prae illa derelinquere, quam eadem in re proposuit hisce verbis Welckerus, kleine Schriften, T. II, p. 24: »Es ist sehr natürlich, dass Kronos als Herrscher im goldenen Weltalter zu dem der glückli- chen Inseln erhoben wurde, wie es auch Platon im Gor- gias (p. 513, a) andeutet. Denn unter der Herrschaft des Kronos ist es nach ihm Gesetz gewesen, dass die Gerech- ten belohnt wurden auf den Inseln der Seeligen. So wird Zamolxis zum Kronos, weil er einen glücklichen Zustand nach dem Tode lehrte."

Cff. omnino Plat. Charmid., p. 156 D; Diod. Sic., I, 94; Lucian. Scyth., I, 4; Iupit. Trag. 42; Deor. conc. 9; Ver. Hist., II, 17; Gregorii Gyraldi Syntagm. Hist. Deor., I, p. 92; XVII, p. 762; Creuzer, Symbolik, II, p. 298; Buttmann, Mythologus, II, p. 51; Hegel, Gesch. d. Phil., I, p. 215.

Ad fragm. 15.

Theodamantis filius Hylas vulgo fuisse putabatur, id quod veterum testimonia luculenter demonstrant. Cff. Apoll. Rh. Arg., I, v. 1212:

δόμων ἐκ πατρὸς ἀπούρας
δίου Θειοδάμαντος, ὃν ἐν Δρυόπεσσιν ἔπεφνεν
νηλείως, βοὸς ἀμφὶ γεωμόρου ἀντιόωντα.

Ibid. v. 1354:

τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι Κιανοί,
κοῦρον Θειοδάμαντος.

Schol. Ap. Rh., I, 1207 et 1212; Apollod. Bibl. Myth., I, 9, 19; Phot., s. v. Ὕλας; Zenob., VI, 21 (Paroemiogr. Gr. edd. Schn. et L., p. 167); Strab. XII, p. 564; Serv. ad Virg. Georg., III, 6; Eclog., VI, 43; Hygin. fab., 14. Quod Dryopis filium Theiodamantem tradit Mnaseas, explicatur collatis Schol. Ap. Rh., I, 1212: Ὁ δὲ Θειοδάμας, ἐλθὼν εἰς τὴν τῶν Δρυόπων πόλιν, ἐξῆγεν αὐτοὺς καθ' Ἡρακλέους, et Schol. Callim. Hymn. in Dian. 161: βασιλεὺς Δρυόπων ὁ Θειοδάμας.

Necessariam esse Sturzii receptam a me coniecturam, ἀντὶ τοῦ inter Θειομένητα (?) et Θειοδάμαντος inserentis, docemur Schol. Ap. v. 1207: Τὸν Ὕλαν ὁ μὲν Ἀπολλώνιος Θειοδάμαντος φησὶν υἱὸν εἶναι, Ἑλλάνικος δὲ Θειομένους (?).

Ad fragm. 16.

Hyperborei num omnino fuerint, quum iam veterum nonnullos inveniamus, qui dubitaverint (cff. Herod. IV, 36 εἰ δ' εἰσί τινες ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι: Strab. I, p. 61 ἐπάνιμεν δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἀφ' ὧν παρέβημεν. Τοῦ γὰρ Ἡροδότου μηδένας ὑπερβορέους εἶναι φήσαντος, μηδὲ γὰρ ὑπερνοτίους λέγοι ἄν, φησὶν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν ὁμοίαν ὁ Ἐρατοσθένηςτῷ σοφίσματι τούτῳ, εἴ τις λέγοι μηδένας εἶναι ἐπιχαιρεκάκους, μηδὲ γὰρ ἐπιχαιραγάθους κτέ.; quem ad locum conferre iuvat Casauboni adnotationem): tum eorum, qui revera exstitisse illam arbitrentur gentem, ubinam terrarum sedes suas habuerint, maxima est dissensio. Quorum omnium longum est varias enumerare opiniones. (Cff. Diod. Sic, II, 47; Schol. Pind. Pyth., IV, 324; Steph. Byz. s. v. Ὑπερβόρεοι; Clem. Alex. Strom., I, p. 305 ed. Sylb.; Eustath. opusc., p. 55. 70 (ed. Tafel); Plin. H. N., IV, 26. —

Larcher, histoire d'Herodote, T. I, p. 537; T. III, p. 436; Ernesti ad Callim. Del. v. 281; Ioh. Matth. Gesnerus, de navigatione extra columnas Herculis (in Hermanni Orphicis p. 647 sqq.) II, c. 2; Baumstark in Pauly, Real-Encyclopädie, s. v. Hyperboreer). Eo tamen maioris ea de re scriptorum partis convenit sententia, ut Graeciae septemtrionali eos tribuant, qui ad Pontum mareque Adriaticum habitaverint. Cum Posidonio Italiae eos tribuit Niebuhrius.

Quae Mnaseae propria est scholii propositi particula, scilicet Delphos nominatos fuisse Hyperboreos: ea inuisus Müllerus (Dor., I, p. 269) studet eruere, quo tam arcto iuncti fuerint vinculo Hyperborei Delphis, ut a quibus universa gens nomen potuerit accepisse. Sunt autem, quae invenit, haec: Secundum Pausaniam (X, 5. 4) inclytum Apollinis oraculum a Pagaso et Agyieo, Hyperboreorum filiis, dicitur esse exstructum simulque cum illis Olen vates Delphos pervectus. Fit praeterea apud eundem (I, 4. 4) heroum duorum mentio ex Hyperboreorum genere, Hyperochi et Laodici, qui in saltibus Delphicis Gallos dicuntur devicisse. Possunt item haucce firmare sententiam, quae cecinerat Alcaeus in Paeane composito in honorem Apollinis, servato illo apud Himerium (oratt., 14. 10), scilicet Iovem exornasse atque instruxisse Apollinem, ut Delphis leges atque cultum institueret. At Hyperboreos Apollinem adiisse, totumque apud eos commoratum esse per annum; tum demum Delphos transmigrasse.

Cluverius, German. antiq., I, p. 16, quem secutus est I. H. Voss, alte Weltkunde, p. XXX, pro Δελφούς legi iubet Κέλτους. Quae tamen Cluveri coniectura orta est ex ipsa, quam de Hyperboreorum sedibus conceperat, opinione. Cf. Wesseling., adnot. ad Diodori l. l.

Ad fragm. 17.

Corruptissimam glossae magnam patet esse partem. Quam tamen emendandi facere periculum memet non audere iam supra dixi. Nihilominus Grammatici sententiam licet eruere;

quam hancce fuisse apud me constat: Tres Mnaseas narrat fuisse Musas; quarum nomina tradidit Theam, Musam, Hymnun; tamen, quibus eundem tribuerit significationis gradum, multum eas dignitate differre Grammaticus censet, ita quidem, ut amplissima significatio Θεά vocabulo insit; quippe quod in se contineat Musae notionem; Musam enim non posse esse, nisi quae simul sit Θεά; eodem modo sub Musae notionem Hymnun esse referendam; iam enim singularum sequi Musarum nomina: Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε Θαλειά τε Μελπομένη τε (est versus Hes. Theog. 77). Quam ad fulciendam argumentationem alterum eiusdem amplioris angustiorisque significationis differentiae proponit exemplum, cuius hae singulae partes: Θεά· Μοῖρα· Κλωθὼ Λάχεσίς τε καὶ Ἄτροπος.

Suam in rem, in quo versamur, fragmento usus est *O.* Iahn in libello, qui est inscriptus Palamedes: »Quicquid, inquit, statuas de hac Musarum triade aliunde non nota, lucramur inde notitiam carminis Homerici hucusque incogniti. Quod sive singulare quoddam epos fuit Palamedis fata tractans, sive maioris carminis pars quaedam Palamedem spectans — ut simili ratione singulae partes Odysseae et Iliadis suis titulis nominantur (cf. Nitzsch, Quaest. Hom. IV, p. 11) — eodem iure Homero adiudicabitur, quo tot alia carmina epica, quae utrum ad Homerum an ad alium quemdam referenda essent auctorem, docta dubitavit antiquitas." — »Palamedeae vero nostrae tenuem tantum famam apud antiquos fuisse necesse est, quam nec a Pausania diligentissimo antiquorum carminum epicorum perscrutatore commemoratam videmus, neque Straboni in notitiam venisse probat locus VIII, p. 368 D, ubi totam de Nauplii eiusque filiis fabulam a recentioribus confictam putat, cum Homerus Palamedis, si modo fuisset, mentionem non iniicere non potuisset." V. Welckeri Cycl. epic., p. 302.

Cff., quae de hoc fragmento supra disputavimus, p. 8 et p. 12.

Ad fragm. 18.

Telluris et Coeli filiae Musae praeter hunc locum nominantur apud Schol. Pind. Nem., III, 16; Alcman. fragm., p. 24 ed. Welcker. (cf. Diod., IV, 7: ὀλίγοι δὲ τῶν ποιητῶν, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ Ἀλκμάν, θυγατέρας ἀποφαίνονται Οὐρανοῦ καὶ Γῆς.). Cff. Hygin., p. 31 ed. Munk., et Orellii adnotationes in Arnob., p. 167. Iovis et Memoriae filiae appellantur ap. Hes. Theog., v. 52 sqq.; Isidor. Orig., 3, 14; Cornut. d. N. D., c. 14; Clem. Alex., p. 19 C ed. Sylb. — Quatuor fuisse Musas praeter Mnaseam Cicero auctor est, d. N. D., III, 21: »Iam Musae primae quatuor, natae Iove altero, Thelxiope, Aoede, Arche, Melete". V. Serv. ad Virg. Aen., I, 12; Tzetz. ad Hes. p. 17 (ed. Basil. an. 1542).

Iovis et Plusiae filias Musas a Mnasea fuisse appellatas, C. Schwenck profitetur Graecae Mythologiae p. 442; quam rem inde dicit esse explicandam, quod canendo ceterisque, quarum Musae essent patronae, artibus divitum celebrarentur atque exornarentur convivia; quod mihi non liquet unde sumpserit; etenim neque duobus istis continetur, quae proposui, Mnaseae de Musis disserentis locis, neque tertium arbitror eodem de argumento extare locum, quem praeterviderim. At rei narratae, per se non falsae, alter potest vindicari auctor, scilicet Aratus, quem Musas nominasse Plusiae et Iovis filias profitetur Tzetzes l. c.: ἄλλως τ' οὐδ' ἐννέα μόνον εἰσὶν αἱ μυθικαὶ λεγόμεναι Μοῦσαι, καθὼς σύ τε καὶ ἕτεροι ὑμῶν δρξάζετε. ἀλλ' Εὔμηλος μὲν ὁ Κορίνθιος τρεῖς φησὶν εἶναι θυγατέρας Ἀπόλλωνος.... Ἄρατος δ' ἐν πέμπτῳ ἀστρικῶν δ' ἔλεγεν Διὸς Αἰθέρος καὶ Πλουσίας νύμφης κτέ. (Cf. Creuzer, Symb., T. III, p. 272).

De vinculo locuturis, quod hocce fragmentum ei iungat, quod proxime antecedat, Osanni diiudicanda est adnotatio, prolata ad Cornut. d. N. D., c. XIV, p. 264; quae ita audit: »»Apud Arnobium, adversus gentes IV, p. 143 (c. 24 ed. Orell.) Myrtilus Macari filias, Megaclis ancillulas

profitetur fuisse Musas, quae fusius leguntur apud Clem. Alex., Protrept., p. 9. At Mnaseas apud eundem Arnobium, III, p. 121 (c. 37) est auctor, filias esse Telluris et Coeli.'" Ipsum Mnaseae locum, licet ab Arnobio dissidentem, nunc nacti sumus in Crameri Anecd., T. I, p. 277." Sed Crameri quem laudat locum Mnaseae haud magis propriam videtur continere sententiam, quam Arnobianus. Duae paene nullo inter se cohaerentes vinculo cogitandae sunt eiusdem Mnaseae capitis particulae, quibus aequalium more collegerit, quae divulgatae scriptoribusque debitae fuerint variae de Musis fabulae variaeque earum excogitatae genealogiae. Servatarum vero duarum particularum num altera propriam Mnaseae isto de argumento sententiam contineat, haud ita facile aliquis dignoverit. Hoc profecto Osanno erit largiendum, si unum alterumve Mnaseae debere tribui constaret, multo maiori veritatis specie de eo posse cogitari, quem Cramerus servaverit, quam de loco Arnobiano.

Ad fragm. 19 et 20.

Henrici Valesii accepta coniectura pro Musaeo, quem codices tuentur, Mnaseae putavi revocandum esse nomen. Quatuor enim sunt, quoad scio, scriptores aut poetae, quibus Musaeus est nomen. Quorum primus cascus ille poeta, qui cum Orpheo et Lino inter vetustissimos recensetur, qui Graeca lingua carmina composuerint. Alter est illius, quod Hero et Leander inscribitur, carminis poeta qui, id quod ex recentiorum virorum doctorum eo de argumento disquisitionibus certissimum evadit, quinto vixit post Christum natum saeculo. Praeter quos tertius nominatur, Ephesius genere, qui Pergami commoratus, carmina dicitur composuisse in Eumenis et Attali aequalium honorem et laudem. Quem eundem constat Περιηγητὴς scripsisse libros eique tribuenda sunt, auctore I. G. Vossio, d. hist. Gr. p. 472 ed. Westerm., Isthmiaca illa, quorum fit mentio in Schol. Eur. Med. 10 et Apoll. Rhod.,

III, 1240. Quorum nullum, nisi casu aut occasione forte fortuna praebita, hancce de Iovis educatione narrationem probe tradere potuisse, intelligitur. Cui vero aptiori haec qualiscumque de Iove nutrito fabula possit tribui, quam ipsi Mnaseae, neminem video; quippe quae eandem prorsus prae se ferat indolem, quam multa eiusdem spirare fragmenta supra iam adnotavimus. (Cff. e. g. fr. 23, 34.). De quarto enim qui praeter nominatos extat Musaeo nemini profecto cogitare in mentem veniet. Quem Martialis, epigr. lib. XII, 96 memoravit tamquam scriptorem, qui pathicissimos composuerit, qui certent Sybariticis, libellos. — Eodem modo quo Hygini, Lactantii allatum a me locum, sanandum esse persuasum mihi habeo, quippe cui secunda eiusdem Mnaseae de Iovis educatione capitis particula videatur inesse.

Verosimile praeterea mihi esse videtur, etiam alteram narrationis partem, quam servavit Hyginus, Lactantium cogitam habuisse; quod mihi saltem probatur verbis *illis:* »Capella est Amaltheae nymphae, quae uberibus suis aluit infantem;" quippe quae Mnaseae apud Hyginum proditam sententiam confirment. — Eiusdem de Iovis nutrice sententiae auctoritatem sustinet Schol. Hom. Iliad., O, 229: Κρόνος χρησμὸν λαβὼν ὅτι ὁ ἴδιος αὐτὸν τῆς βασιλείας μεταστήσει υἱὸς, τὰ γεννώμενα κατέπινεν. Ῥέα δὲ τεκοῦσα Δία, Κρόνῳ μὲν λίθον ἀντ' αὐτοῦ σπαργανώσασα ἔδωκε καταπιεῖν, τὸ δὲ παίδιον εἰς Κρήτην διακομίσασα ἔδωκε τρέφειν Θέμιδι καὶ Ἀμαλθείᾳ, ἣ ἦν αἴξ. ταύτην οἱ Τιτᾶνες ὁπότε θεάσαιντο ἐφοβοῦντο. αὐτὴ δὲ τοὺς ἑαυτῆς μαζοὺς ἐπέχουσα ἔτρεφε τὸ παιδίον. αὐξηθεὶς δ' ὁ Ζεὺς μετέστησε τῆς βασιλείας τὸν πατέρα. πολεμούντων δ' αὐτὸν τῶν Τιτάνων Θέμις συνεβούλευσε τῷ τῆς Ἀμαλθείας δέρματι σκεπαστηρίῳ χρήσασθαι· εἶναι γὰρ αὐτὴν ἀεὶ φόβητρον. πεισθεὶς δ' ὁ Ζεὺς ἐποίησε καὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐνίκησεν. ἐντεῦθεν αὐτὸν φασὶν αἰγίοχον προσαγορευθῆναι. Quae videquam accurate ad ea quadrent, quae protulerit Lactantius. — Serv. ad Aen., VII, 354. »Aegida," dicit," id est pellem Amaltheae caprae, a qua nutritus est, in sinistra tenet

Iupiter. Sane Graeci poetae turbines et procellas καταιγίδας appellant". Mirum in modum narrationem corrupit atque immutavit Arsenius p. 49 (ed. Walz), cuius haec sunt verba: Λέγεται, τὴν Ῥέαν τεκοῦσαν τὸν Δία δεδωκέναι τῇ Ἀμαλθείᾳ τρέφειν· ἡ δὲ (γαλα videtur esse supplendum) μὴ ἔχουσα αἰγὶ ὑπέβαλεν (vulgo ὑπέβαλλεν) αὐτὸν, ὅθεν αἰγίοχος ἐκλήθη· ὁ τοίνυν Ζεὺς τὴν μὲν αἰγὰ κατηστέρησεν (leg. κατηστέρισεν), τὸ δ' ἓν τῶν κεράτων ἀφελὼν τῇ Ἀμαλθείᾳ δέδωκεν, παρασκευάσας αὐτῇ γενέσθαι πᾶν, ὅπερ αἰτήσει, διὰ τοῦ κέρατος. Amaltheae cornu hisce Arsenii verbis iniecta mentione Eustathii mihi liceat hoc loco proferre adnotationem ad Dionys. Perieg., v. 431 (p. 62 ed H. Steph.), ut qua narratio quaedam sat mira de Amaltheae cornu contineatur. Quae licet proprie ad rem nostram nihil faciat, ea tamen tamquam exemplo utar, qualem serioribus temporibus Graeci in mythis explicandis adhibuerint rationem; quo simul id confirmabitur, quod p. 22 ista de re disputaverim. Sunt Eustathii haec verba: ἱστοροῦσι γραῦν τὴν Ἀμαλθειαν γενέσθαι κερδαλέαν, ἐμπορικὴν, τὸ πολὺ τῆς ἐμπόλης ἐντιθεῖσαν κέρατι, ὃ διὰ τοῦτο Ἀμαλθείας κέρας ἐφημίζετο, πλουτοποιὸν καὶ βιωφελές. ἐπεὶ δ' ὁ Ἡρακλῆς ἀφελόμενος αὐτὸ πλῆρες τοῦ ἐγκειμένου κέρματος, καὶ χρησάμενος ἔζησε πρὸς τρυφὴν, λόγος ἐντεῦθεν διεδόθη ἀστεῖος, ὡς ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἐπεβλύζει πᾶν ἀγαθόν.

Prorsus diversam ea de re sententiam proposuit Cornutus, d. N. D., c. IX (p. 27 ed. Osann): καὶ διὰ τὰς μὲν αἰγίδας, αἷς δὴ ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν τοὔνομα, αἰγίοχος ἐκλήθη. Cff. Serv. ad Virg. Georg., I, 205; Theon. Arat., p. 23; Laur. Lyd. d. Ostent., p. 170; Zenob., I, 26 (p. 28 Schneidew.), II, 48 (p. 44 Schneidew.); Palaephat. περὶ ἀπίστων 46. 3 (p. 179 ed. Fischer.); Apollod., VII, 5, 1. — Heyne, Observatt. in Apollod. p. 190; Böttiger, Kunstmythologie, II, p. 10; Amalthea, I, p. 1—74; Welcker, über eine kretische Kolonie, p. 6; Schwenck, etym. mythol. Andeutungen, p. 41.

Ad fragm. 21.

Varias, quales apud veteres hac de re inveniuntur, fabulas breviter ubi exposuero, quid inde ad explicanda nomina totamque rem conficiendam consequatur, conabor enucleare. Cff. Lactant. d. fals. relig., I, 22: »Didymus in libris ἐξηγήσεως Πανδαρικῆς ait Melissea, Cretensium regem (v. Apollod. I, 1, β; Hygin., poet. astron., II, 13) primum Diis sacrificasse ac ritus novos sacrorumque pompas introduxisse. Huius duas fuisse filias, Amaltheam et Melissam, quae Iovem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt, unde poetica illa fabula originem duxit, advolasse apes atque os pueri melle complesse; Melissam vero a patre primam sacerdotem Matris magnae constitutam; unde adhuc eiusdem matris antistites Melissae nuncupantur." Zenob. Cent., II, 48. Ἡ Ῥέα τὸν Δία τεκοῦσα ἐν Κρήτῃ, δίδωσι τοῦτον τρέφεσθαι ταῖς Μελισσέως παισὶ Νύμφαις (v. Hygin., fab. 182; poet. astron., c. 13); Hesych. s. v. Μέλισσαι. μέλισσαι, αἱ τῆς Δήμητρος μύσται.

Ceterum non solas Cereris sacerdotes μελίσσας nominatas fuisse, nonnulli comprobant veterum loci, e. g. Schol. Theocr. Id. XV, 94: μὴ φυῇ μελιτῶδες· ἀντὶ τοῦ μηδεὶς γένοιτο, ὦ Περσεφόνη, ἄλλος ἡμῶν κύριος· μελιτῶδες δὲ τὴν Περσεφόνην φησὶ κατ' ἀντίφρασιν, ὡς καὶ Κόρην διὰ τὸ τὰς ἑταίρας αὐτῆς καὶ τῆς Δήμητρος μελίσσας λέγεσθαι. Cf. Schol. Eurip. Hippol., 72.

Talia Lobeckius ea de re iudicavit Aglaophami p. 817: »Nolo adiicere, quod etiam vates Delphicae, quarum accolae fuerunt Irae Parnasiae, nomen Melissae habuerunt. Pind. Pyth., IV, 106; nam hoc vocabulum sive de Pythiis dicitur sive de Cereris et Proserpinae sacerdotibus, non a nomine μέλι sed a verbo μελίσσω inclinatum esse iudicat Menagius ad Diog., I, c. 97; quod et analogia confirmat, et significatio ipsa; nam ut Ἀρεσίδες aut Ἡρεσίδες ab ἀρέσκειν, ita Μέλισσαι aptissime dicuntur, qui ἀπομελίσσονται τὸ θεῖον. Mellis vero et apum similitudo, nisi quis longis-

sime repetere velit, nulla apparet in vatibus et sacerdotibus. Sed nymphae ipsae vocantur μέλισσαι et vicissim apes νύμφαι. Hesych. Ὀρεσέμνιαδες νύμφαι αἱ μέλισσαι, quamquam hic in ed. Ald. καί interponitur."

Ut omnino difficile est, ubi permulta facta esse possunt, id ibi invenire, quod re vera sit factum: ita hoc quoque accidit loco. Id saltem Lobeckii e ratiocinatione certum videtur prodire, a μελίσσω verbo nympharum illarum aut sacerdotum nomen esse declinandum; quae explicatio in eam quoque, cuius auctor Mnaseas, optime quadrat narrationem. Dicit enim, Melissas nymphas mitigasse hominum animos eosque e rudibus et incultis cultiores reddidisse, ita ut victum non amplius in ferarum carne, sed arborum frugibus dulcique melle quaererent (πείσασαι χρῆσθαι τῇ ἀπὸ τῶν δένδρων τροφῇ). Unde facili opera illa orta potest esse fabula, a Nymphis, quae primae mellis usum homines docuerint, animalia mel procreantia μελίσσας esse nominata. Eadem ratione Lactantius l. l. e Melissae nymphae nomine illam de apibus fabulam explicat.

Prius semper nympharum est nomen; fabula deinde fingitur, qua cum illis apes coniungantur. Quod praeterea tertia eadem de re firmatur narratione, quam legimus apud Serv. ad Virg. Aen., I, 434: Melissam aliquam, Cereris sacerdotem, ab ea dicit, imposito silentio, Eleusiniis mysteriis esse initiatam; quod cum aliae comperissent mulieres, persuadere illi studuisse, ut traderet, quae a Dea comperisset; quod quum illa pertinaciter negasset, laceratam esse ab iratis mulieribus; illius deinde e corpore, iubente Cerere, apes esse ortas, μελίσσας ab illa nominatas. Ubi vero apum et mellis facta fuit mentio, facile de Cerere quis potuit cogitare; etenim mel, utpote e floribus herbisque collectum, Cereri debetur.

Haud satis accurate ea de re iudicasse mihi videtur Schwenckius, hisce fabulam exponens verbis, etym. mythol. Andeut., p. 116: »Der Honig, bei den Alten sehr

hoch geschätzt, war als ein Erzeugniss aus den Blüthen eine Gabe der Erd- und Gewächsgöttin, und so war Demeter Honiggöttin, und die Dienerinnen derselben hiessen nach ihr *μέλισσαι*." Immo ita res sese habet: Μέλισσαι Nymphae passim vocantur, unde sequitur, etiam Cereris nymphas hoc nomine potuisse esse significatas; sed etiam apes *μέλισσαι* sunt Graecis; quae ea, quam supra ostendimus, ratione Cereri possunt iungi; itaque Cereris nymphae, licet per se iam possint *μέλισσαι* vocari, illius rei *habito* respectu saepius, quam aliarum Dearum sacerdotes *μέλισσαι* veteribus nuncupantur.

Ad fragm. 22.

Multis veterum locis mentio facta est Molionidarum, quorum historiam modo breviter narraverunt, modo exornaverunt, ita tamen semper, ut, quod ad rei summam attineat, haud ita multum inter se discrepuerint. Molionidarum de origine deque caussa, cur Augeae contra Herculem dimicantis venerint in auxilium, uberrimus fons est Apollod. Bibl. M., II, 7, 2 (Hist. G. fr. edd. Müll., p. 145): Αὐγέας δὲ τὸν ἀφ' Ἡρακλέους πόλεμον ἀκούων, κατέστησεν Ἠλείων στρατηγοὺς Εὔρυτον καὶ Κτέατον συμφυεῖς (cf. Eustath. Opusc., p. 88, 80 ed. Tafel), οἳ δυνάμει τοὺς τότε ἀνθρώπους ὑπερέβαλλον. Παῖδες δ' ἦσαν Μολιόνης καὶ Ἄκτορος, ἐλέγοντο δὲ Ποσειδῶνος. Ἄκτωρ δ' ἀδελφὸς ἦν Αὐγέου . . . . . αὖθις δὲ, τῆς τρίτης Ἰσθμιάδος τελουμένης, Ἠλείων τοὺς Μολιονίδας πεμψάντων συνθύτας, ἐν Κλεωναῖς ἐνεδρεύσας, τούτους Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε, καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ τὴν Ἦλιν εἶλε τὴν πόλιν. Cff. Schol. Hom. Il., λ, 709. Μολίονε· Ἄκτορος καὶ Μολιόνης παῖδες Εὔρυτος καὶ Κτέατος, . . . Ἡρακλῆς δὲ πολεμῶν καὶ μὴ δυνάμενος κατὰ τοὺμφανὲς αὐτῶν περιγενέσθαι συμμαχούντων Αὐγέᾳ, λοχήσας αὐτοὺς ἀνεῖλε καὶ οὕτως ἐπόρθησε τὴν Ἦλιν. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει. Tzetz. Chil., v. 69 sqq.; Athen., II. p. 57 et 58; Eustath. ad Hom. Il., p. 834.

Exornatae eo, quem supra indicavi, modo fabulae

exemplo sit Schol. in Platon., p. 380 Bekk. (Fr. H. Gr. edd. Mull., p. 424): Ἐχεφυλλίδας δ' αὐτὸν (τὸν Ἡρακλέα) ὑπὸ Κτεάτου καὶ Εὐρύτου τῶν Μολιονιδῶν ἡττηθῆναι κατὰ τὴν ἐπ' Αὐγέαν στρατείαν· διωχθέντα δ' ἄχρι τῆς Βουπρασίδος (cff. Steph. Byz. s. v. Βουπράσιον p. 81 W. et s. v. Δύμη p. 197 W.) καὶ προσβλεψάμενος, ὡς οὐδεὶς ἐξύετο τῶν πολεμίων, ἀναψῦξαί τε καὶ ἐκ τοῦ καταρρέοντος ποταμοῦ πιάντα προσαγορεῦσαι· Τοῦθ' ἡδὺ ὕδωρ. Ὃ νῦν δείκνυται ἰόντων ἐκ Δύμης εἰς Ἦλιν, καλούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων βαδὺ ὕδωρ. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ Φερεκύδης, καὶ Κώμαρχος, καὶ Ἴστρος ἐν τοῖς Ἡλιακοῖς ἱστοροῦσι. Καὶ διὰ τοῦτο θεωροὺς τοὺς Μολιονίδας ἰόντας ἐς Κόρινθον λοχήσαντα τὸν Ἡρακλέα περὶ Κλεωνὰς ἀποκτεῖναι. ὅθεν Ἠλείοις ἀπώμοτον εἶναι τὰ Ἴσθμια ἀγωνίζεσθαι, ὅτι θεωροὺς πεμφθέντας εἰς τὸν Ἰσθμὸν τοὺς Μολιονίδας ἑλὼν Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν Κορινθίων ἐδέχθη.

De explicanda Molionidarum concretorum fabula praeclare meritus est Welckerus (in Schwenck, etym.-mythol. Andeut., p. 306—319; quod denuo excudi iussit in »Kleine Schriften", II, p. CII sqq.), qui, ut inde, quod concreti fuisse narrantur, ita et matris (Μύλη. Cf. II., XI, 709) ipsorumque ex utroque nomine (et Molionidae appellantur et Actoridae) lapides molares eorum sub nomine, quorum vis fabula ista, orta apud Epeos, exponeretur, subintelligendos esse collegit. Qua fabula allegorice depingeretur natum ex arcta virium coniunctione atque contentione robur. Qua cum explicatione optime concinnari potest Graecorum proverbium quoddam: Οὐδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, cuius, iam a Platone hic illic usurpati, (cf. e. g. Euthydem., p. 296 b.) de sententia, collato loco ex Istri Callimachii fragmentis supra allato, dubitari nequit. (V. Erasmi Adagia, p. 115 ed. Wechel. an. 1643). Extat proverbium apud paroemiographos Graecos (Zenob., V. 49; Diogen., VII, 2); tamen videtur mihi Diogenianus, quae de Herculis cum Molionidis pugna fuerint tradita, haud bene perspexisse; quum enim probent testes supra citati, Herculem ipsum Molionidis insidias paravisse, ei a Molio-

iidis insidias fuisse paratas, iste prodit: Οὐδ' Ἡρακλῆς πρὸς Λύο. Ἡ ἱστορία αὐτή· Προσπεσεῖν τῷ Ἡρακλεῖ ἐκ λόχου οἱ Μολιονίδαι, αὐτὸς φοβηθεὶς ἔφυγε.

Suam fabulae explicandae rationem Welckerus (Zusatz, in »kleine Schriften," II, p. cx) tuitus est contra Schwenckium, qui (in Zeitschrift für Alterthumsw. 1837, p. 410 et Mythol. Gr., p. 296) Molionidas duos putavit fuisse bellatores, uno de curru pugnantes; et contra Hermannum, qui a μολεῖν nomen derivando illamque narrationis partem, qua Poseidonis appellantur filii, urgendo, advenas, a parte maris advectos eos iudicavit: eisque insuper, quibus prima vice rem suam sustentaverat, altera nova addidit eaque valida argumenta (Cf. Völcker, Ueber die Aloiden, in Iahn und Seebode, Kritische Bibliothek, 1828, nº. 2).

Ad frgm. 23.

Cff. Eudoc. Viol., p. 379 (et p. 213) Μνασέας δὲ τὰς Στυμφαλίδας φησὶ θυγατέρας γενέσθαι τινὸς ἥρωος Στυμφάλου τοὔνομα, καὶ Ὄρνιθος γυναικὸς, ἃς ἀνελεῖν τὸν Ἡρακλέα, ὅτι οὐ προσεδέξαντ' αὐτὸν, καὶ ἐξένισαν τοὺς Μολιονίδας. — Pausan., VIII, 22, 5. Ἐν Στυμφάλῳ δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδός ἐστιν ἀρχαῖον Στυμφαλίας. τὸ δ' ἄγαλμα ξόανόν ἐστι τὰ πολλὰ ἐπίχρυσον. πρὸς δὲ τοῦ ναοῦ τῷ ὀρόφῳ πεποιημέναι καὶ αἱ Στυμφαλίδες εἰσὶν ὄρνιθες. σαφῶς μὲν οὖν χαλεπὸν ἦν διαγνῶναι, πότερον ξύλου ποίημα ἦν, ἢ γύψου· τεκμαιρομένοις δ' ἡμῖν ἐφαίνετ' εἶναι ξύλου μᾶλλον ἢ γύψου. Εἰσὶ δ' αὐτόθι καὶ παρθένοι λίθου λευκοῦ, σκέλη δέ σφισιν ἐς ὀρνίθων, ἐς ἅσι δ' ὄπισθεν τοῦ ναοῦ. Qua cum Pausaniae narratione, illustrante quodammodo Mnaseae Stymphalidarum a patre Stymphalo Ornitheque matre genealogiam, apte conferri potest Stymphalidarum imago, descripta in Museo Pio-Clementino (IV. tab. 40), qua tamquam mulieres sunt fictae, additis tamen avium ungulis caudisque piscium. — Ad extremam scholii partem cff. Paus., VIII, 22, 4: Ἐπὶ δὲ τῷ ὕδατι τῷ ἐν Στυμφάλῳ κατέχει λό-

γος ὄρνιθάς ποτ' ἀνδροφάγους ἐπ' αὐτῷ τραφῆναι· ταύτας κατατοξεῦσαι τὰς ὄρνιθας Ἡρακλῆς λέγεται. Πείσανδρος δ' αὐτὸν ὁ Καμιρεὺς (leg. Καμειρεὺς) ἀποκτεῖναι τοὺς ὄρνιθας οὐ φησὶν, ἀλλ' ὡς ψόφῳ κροτάλων ἐκδιώξειεν αὐτάς. Apollod., II, 5, 6. Ἀμηχανοῦντος οὖν Ἡρακλέους, πῶς ἐκ τῆς ὕλης τὰς ὄρνιθας ἐκβάλῃ, χάλκεα κρόταλα δίδωσιν αὐτῷ Ἀθηνᾶ παρ' Ἡφαίστου λαβοῦσα κτέ. — V. Vogel, Hercules secundum Graecorum poetas et historicos antiquiores descriptus p. 14; Heyne ad Apollod. l. l.; Welcker, kleine Schriften, I, 83 sqq.: Die Zwölfkämpfe des Heracles bei Pisander.

Ad fragm. 24.

Zenob., II, 86 (p. 54 ed. Schneid.) Βουλίας δικάζει· ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ὑπερτιθεμένων δικαστῶν, ἀπὸ Βουλίου τινος, Ἀθηναίου, ὃς ἐπὶ τοσοῦτον ἀνεβάλλετο τὴν δίκην, ὥστε φθάσαι τελευτῆσαι πρότερον (πρότερον delendum mihi videtur. Infinitivi post φθάνειν usurpati exempla proponit Matthiae, Gr. Gr., II, p. 1284), ἢ τὴν δίκην ἀποφήνασθαι. Quem ad locum Schneidewinus citavit Demetr. d. Eloc. CLIII: Ὁ παρὰ Σώφρᾳ ῥητορεύων Βουλίας κτέ. Cf. Arsen., p. 145 (ed. Walz.): Βουλείας δικάζει· ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ὑπερτιθεμένων ἀεὶ δικαστῶν. Quod ad proverbium haecce Walzius: Apostol., Cent., V, 75. Consentit Macar., nisi quod habet Βουλίας. Ludus hic in nominibus non est infrequens. Habuimus supra: Ἀκεσίας ἰάσαιτο. Apud Macar. est proverbium: δεινὰ τὰ δεινά· ἐπὶ τῶν σφόδρα χαλεπῶν· τὸ δὲ τέλειον· δεινὰ τὰ δεινά, δεινότερα Δεινίου.

Quod bis idem proverbium proposuit Zenobius, dittographiae tribuendum putavit Schneidewinus. Cur Βουλίας utroque loco sit scribendum, Walzii verba ostendunt. Inter adagia sua hocce retulit Erasmus (p. 681) eique Mnaseam apud Zenodotum excitat auctorem; pro quo Zenobius restituatur.

Ad fragm. 25.

De situ urbis perspicue locutus est Scymnus Chius in Graeciae periegesi, v. 646 sqq. (p. 112 ed. Meineke):

τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις
Ἀκανθός ἐστιν, Ἀνδρίων ἀποικία,
παρ' ἣν διῶρυξ δείκνυται τετμημένη
ἑπτασταδίους· Ξέρξην δὲ λέγετ' αὐτὴν τεμεῖν.

Cff. Herodot., VII, 121 sqq.; Plin., H. N., IV, 17, qui Acanthum supra fauces alteras Isthmi, in cuius peninsula Athos est, constituit; Pompon. Mela, II, 2; Thucyd., IV, 84.

Ad fragm. 26.

Priusquam Maaseae fabula unde sit orta exponam, nonnulla veterum ea de re proponam testimonia. Quibus vero locis de ipso Bacchi natu apud veteres est sermo, plures ii quum sint, quam qui omnes hic possint proponi (qua de re qui velit accuratiora scire, adeat Diod. Sic., III, 63; IV, 2; Apollod. Bibl. III, 4, 3; Lucian. D. D., 9; Eudoc. Viol., p. 118): eorum tantum fiat mentio, qui ad explicanda illa Bacchi cognomina aut fabulam hoc ipso loco narratam alicuius esse possint momenti.

Cff. Eurip. Phoen. v. 679 (In disponendis versibus divisionem ab Hermanno propositam sum secutus; quam veram esse etiam Geelius iudicavit in Comment. ad Eur. Phoen., p. 149).

Βρόμιον ἔνθα τέκετο * *
* * * Διὸς γάμους,
κισσὸς ἁμπερισφὴς
ἑλικτὸς εὐθὺς ἔτι βρέφος χλα-
ηφόροισιν ἔρνεσιν κα-
τασκίουσιν ἀλβίσας ἐκώτισεν,
Βάκχιον χόρευμα παρθέ-
νοισι Θηβαΐσις
καὶ γυναιξὶν εὐίοις.

Cornut. d. N. D., c. 30: τῷ δὲ κιττῷ στέφεται διὰ τὴν πρὸς τὴν ἄμπελον ἐμφέρειαν αὐτοῦ καὶ τὴν πρὸς τοὺς βότρυς ὁμοιότητα τῶν κορύμβων. Orph. Hymn., 29, 4. Κισσάβρυαν, ταυροπόν, ἀραῖον, εὔιον, ἁγνέα. Ibid. 51, 12 βάσσαρε κισσαχαρής. — Plin. H. N., XVI, 34: Alexandrum vero ob

raritatem ita coronato (sc. hedera) exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris, cuius Dei et nunc adornat thyrsos galeasque etiam ac scuta, in Thraciae populis, in solemnibus sacris. Pausania vero in Atticis teste hedereus est cognominatus, quod in ea Atticae regionis parte primam hederam visam esse tradunt. — Qui vero praecipue huc mihi videtur pertinere, exstat ille apud Philostratum locus, Imagin., I, 14; quem, quum praeterea sermonis propria quadam et nativa vividitate pulchritudineque commendetur, non possum a me impetrare, quin totum apponam. Sunt autem haec Philostrati verba: βροντὴ ἐν εἴδει σκληρῷ, καὶ ἀστραπὴ σέλας κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἰεῖσα, πῦρ τε ῥαγδαῖον ἐξ οὐρανοῦ, τυραννικῆς οἰκίας ἐπειλημμένον, λόγου τοιοῦδε, εἰ μὴ ἀγνοεῖς, ἅπτεται· πυρὸς νεφέλη περισχοῦσα τὰς Θήβας εἰς τὴν τοῦ Κάδμου στέγην ῥήγνυται, κωμάσαντος ἐπὶ τὴν Σεμέλην τοῦ Διός· καὶ ἀπόλλυται μὲν, ὡς δοκοῦμεν, ἡ Σεμέλη, τίκτεται δ' ὁ Διόνυσος, οἶμαι, νὴ Δία, πρὸς τὸ πῦρ. τὸ μὲν τῆς Σεμέλης εἶδος ἀμυδρὸν διαφαίνεται, ἰούσης ἐς τὸν Οὐρανὸν, καὶ αἱ Μοῦσαι ἐς αὐτὴν ἐκεῖ ᾄσονται. ὁ δὲ Διόνυσος τῆς μὲν μητρὸς ἐκθρώσκει, ῥαγείσης τὴν γαστέρα, τὸ δὲ πῦρ ἀχλυώδες ἐργάζεται, φαιδρὸς αὐτὸς, οἷον ἀστήρ τις ἀστράπτων, διασχοῦσα δ' ἡ φλὸξ ἄντρον. τῷ Διονύσῳ σκιαγραφεῖ, παντὸς ἥδιον Ἀσσυρίου τε καὶ Λυδίου. ἑλικές τε καὶ περὶ αὐτῷ τεθήλασι, καὶ κισσοῦ κόρυμβοι, καὶ ἥδη ἄμπελοι· καὶ θύρσου δένδρα, οὕτω τοι ἑκούσης ἀνασχώτα τῆς γῆς, ὡς καὶ τῷ πυρὶ εἶναι (leg. ἐνεῖναι) ἕνια κτέ. — Strab., p. 489, ed. Casaub.; Macrob. Saturn., I, 18; Orph. Lith. 258; Hesych. s. v. Κιττοφόρος. — Schwenck, Bemerkungen in Zeitschrift für Alterthumswissenschaft, 1840, nº. 131, p. 1080.

Cognominis Κίσσιος ea videtur vera esse originis explicatio, quam e Cornuto supra tradidimus; περικιόνιος vero non, ut vult scholiasta, a κίων vocabulo, sed a κιονίς, videtur esse declinandum. Orta igitur tota, quam excogitavit Mnaseas, fabula ex notissimae istius de fulmine icta Semela incendioque prehensa arce Thebana narratio-

nis cum duobus Dionysi falso explicatis cognominibus coniunctione.

Recentiorum de re nostra conferantur Osann, ad Cornut. l. l.; Lobeck, Sophoclis Aiax, p. 361 et 374 (edit. alt.); Aglaopham. p. 80; Welcker, Aeschyl. Trilogie, p. 325; Millin, monumenti inediti, T. I, p. 140.

Ad fragm. 27.

Cf. Eudoc., p. 163.

Siciliae urbem urbisque Siculae tyrannum Buchetum nuncupat scholiasta; tamen ad Epiroticam urbem, Βούχετα vel Βούχετον narrationem hancce pertinere dubitari nequit. Quod, quum ex scholiastae eis, quae statim insequuntur, verbis, tum ex Homeri versibus, Od., XVIII, 83, sqq.:

αἴ κέν σ' οὗτος νικήσῃ, κρείασσων τε γένηται,
πέμψω σ' Ἠπειρόνδε, βαλὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ
εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων·
ὅς κ' ἀπὸ ῥῖνα τάμῃσι καὶ οὔατα νηλεῖ χαλκῷ,
μήδεά τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.

tum ex Suidae aliquo loco fit consentaneum s. v. Βούχετα. πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως καὶ πληθυντικῶς λεγομένη· ἣν φησὶ Φιλόχορος ὠνομάσθαι διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν. Cff. Philoch. fr., p. 412 et Mulleri observatio ad hunc locum.

Ipsius Bucheti aut Echeti tyranni mentio facta est apud Apoll. Rh., IV, 1093:

οἷα δὲ καὶ Δανάῃ πάντῳ ἔνι πήματ' ἀνέτλη
πατρὸς ἀτασθαλίῃσι· νέον γε μὲν οὐδ' ἀποτηλοῦ
ὑβριστὴς Ἔχετος γλήναις ἔνι χάλκεα κέντρα
πῆξε θυγατρὸς ἑῆς·

et in scholiis ad hunc locum: ὑβριστὴς Ἔχετος: Τοῦ Ἐχέτου Ὅμηρος ὡς ὠμοτάτου μέμνηται. Ἡ δ' Ἀρετὴ ὡς κατ' αὐτὴν τοῦ πράγματος γεγενημένου λέγει. Εὕρομεν δὲ τὸν μῦθον ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Λυσίππου Ἠπειρώτου ἀσεβῶν καταλόγῳ.

Explicuit mythum Niebuhr, kleine historische und philologische Schriften, II, p. 224.

Ad fragm. 28.

Cff. Steph. Byz. s. v. Ἐγχελεῖς, ἔθνος Ἰλλύριων, ἢ ἀπὸ τοῦ Ἐγχελῆς ἢ ἀπὸ τοῦ Ἐγχελεύς· λέγεται καὶ Ἐγχελέαι ἀπὸ τοῦ Ἐγχελέης ἢ Ἐγχελέας· λέγεται καὶ Ἐγχελὶς Ἠλυκῶς. οἱ οἰκοῦντες Ἐγχελεῖς. Scym. Ch. per., v. 437 (p. 101 ed. Mein.):

ὑπὲρ δὲ Βρύγους Ἐγχέλειοι λεγόμενοι
οἰκοῦσιν, ὧν ἐπῆρξε καὶ Κάδμος ποτέ.

Scylax. Caryand. peripl., s. v. Ἐγχελεῖς: Ἰλλυρίων ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς, ἐχόμενοι τοῦ Ῥιζοῦντος. — Herod. V, 61. Τρίτος δὲ τρίπους λέγει καὶ οὗτος ἐν ἑξαμέτρῳ·

Λακεδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἐϋσκόπῳ Ἀπόλλωνι
Μουναρχέων ἀνέθηκε, τεὴν περικαλλὲς ἄγαλμα·

ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ Λακεδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους μουναρχέοντος ἐξαναστέαται Κάδμειοι ὑπ' Ἀργείων, καὶ τρέπονται ἐς τοὺς Ἐγχέλεας. Apoll. Rhod. Argon, IV, 516:

οἱ δ' ἄρ ἐπ' Ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο,
τύμβος ὅν' Ἁρμονίης Κάδμοό τε, πύργον ἔδειμαν,
ἀνδράσιν Ἐγχελέεσσιν ἐφέστιον.

Quibus e locis constare puto de vera nominis scriptura. Populi de historia aut de fabulis cum isto innotis perpauca liquent. Heyne ad Apollod., p. 234 talia adnotavit: »Famam veterem fuisse necesse est, qua acceptum erat, Cadmum in Illyriam profectum inter Enchelees consedisse." Quae Heynii suspicio Strabonis sustentatur loco (I, p. 46), ad quem haec Casauboni adnotatio: »Enchelees gens fuit Illyrica, ad quam venisse Cadmum et Harmoniam etiam Apollodorus lib. III, [5, 4] et Pausanias (IX, c. 5) sunt auctores: vide Stephanum [cff. Tzschuck. ad Mel., II, 3, 11 et Schweigh. ad Polyb., T. VI, p. 296]. Diodorus autem lib. XIX [c. 53. T. II, p. 359 ed. Wess.] in huius, seu fabulae, seu historiae narratione, aut alios secutus est auctores, aut memoria lapsus est. Enchelees enim Cadmea

expulisse Cadmum et Harmoniam scribit: unde, ait, *συνέβη καὶ τοὺς περὶ Κάδμον εἰς Ἰλλυρίους ἐκπεσεῖν.* An quia sciebat Diodorus *ἔγχελας*, hoc est anguillas, esse optimas et maximas in Boeotiae lacu Copaide, putavit his cognominem in Boeotia aliquem esse populum?" Cf. O. Müller, Orchomenos, p. 226; Welcker, über eine kretische Colonie in Theben, p. 89.

Ad fragm. 29.

Litem ortam inter viros doctos de quaestione, num re vera duplex fuerit Dodona, qui velit cognoscere, adeat ille Lasaulx, das pelasgische Orakel des Zeus zu Dodona, p. 5, Anmerkg. 40, et Bode, de Orpheo, p. 56 sqq.

Ad. fragm. 30.

Heyne in Observatt. ad Apollod., p. 236: »Dotion in Thessaliae Pelasgiotide, haud longe a Boebe (v. Spanh., ad Callim. Hymn. in Cerer. 25 et ibi laudd.) urbe Elati, e qua Ischys natus, quem Coronis amavit; secundum alios ea Aesculapium eadem in urbe edidit; v. ap. Schol. Pind. Pyth., 3, 14. De ista Coronide versus Hesiodi:

Ἡ οἵη Διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο
νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἁβμής.

[Est desumptum ex Strabone hocce Hesiodi fragmentum, apud quem p. 640 talia exstant: *καὶ δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶν ὑστέρων ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἡ οἴκησις τῶν Ἀθαμάνων ἐν τῷ Δωτίῳ γενέσθαι πεδίῳ· τοῦτο δ' ἐστὶ πλήσιον τῆς ἄρα λεχθείσης Περραιβίας καὶ τῆς Ὄσσης καὶ ἔτι τῆς Βοιβηίδος λίμνης, ἐν μέσῃ μέν πως τῇ Θετταλίᾳ, λόφοις δ' ἰδίοις περικλειόμενον. περὶ οὗ Ἡσίοδος οὕτως εἴρηκεν·* Vid. Göttling, Hes. fragm., 50.]. Etiam de Dotio versus est Antimachi, illustratus a Schellenberg, in fragm., p. 80

φεύγοντας γαίης ἔκτοθι Δωτιάδος.

Ex Dotio quoque profugerat Triopas sacro Cereris luco

excisso. — V. Plin. H. N., IV, 16, Athen., VI, 262, C; O. Müller, Orchomenos, p. 187, 189, 244.

Ad fragm. 31.

Cff. Herod., II, 51; III, 37; Strab., IV, c. 3, p. 472; Cic. d. N. D., III, 22, 23; Schol. Aristoph. Pac., 277 et 278; Augustin. d. Civ. D., VII, 28; Jamblich., d. Vita Pyth., c. 28; Laur. Lydus, d. mens., c. 6, p. 68.

Viris doctis, qui de mysteriis Samothracibus certi aut verisimilis aliquid constituere sunt conati, quod supra propositum est scholion Mnaseaeque, quae illi continentur, verba testimonium visa sunt aut summae gravitatis, aut cui non ita multum ponderis sit tribuendum. Qui temporibus nostris multo superioribus hocce in argumento sunt versati, eos perlustravit O. Müllerus in secundo ad Orchomenum excursu, p. 443. Recentiorum *Schellingius* in libello de Samothraciae numinibus opinionem hisce de rebus publici iuris fecit, haud probatam illam viris doctis (cff. Müller, l. c.; Heidelberger Jahrbücher, 1817, nº. 47). *Welckerus* (Aeschyleische Trilogie Prometheus, p. 222—246) mysteriorum Samothracium systema proposuit, quod, quippe Mnaseae illustrando loco necessario inserviens, paucis hic adumbrabitur. Commutantur, dicit, quae propria Samothraciae sunt numina, magni Dei Dardanici, cum Dioscuris, ita ut, quae alterorum sint virtutes, ad alteros transferantur. Fit autem ea eorum significatio, ut sint sidera, quae a tempestatibus nautas tueantur [v. Creuzer, Dionysos, Tab. II, fig. 4]. Qui proprii fuere Dii, vario modo postea cum aliis sunt commutati, ita tamen semper, ut duo appareant nomina, apud Athenionem (v. Schol. ad Apoll. l. l.) Dardanus et Iasion, Iovis et Electrae filii (quibus ad Helenae exemplum tamquam soror addita est Harmonia); apud alios Zeus et Dionysus, apud Varronem Coelus et Terra, apud Arnobium (III, 70) Poseidon et Apollon.

Quod ad Cabirorum attinet nomen, etymologiae auxilio est utendum, quum de aliqua cum Lemnicis Cabiris affi-

nitate cogitari nequeat. Quam autem cognovimus ipsorum Deorum notionem, ea quam quae maxime καβείρων (a καίω) notionem admittit. Primum autem ab aevi Periclei scriptoribus hoc Cabirorum nomine Samothraciae numina induuntur. — Praeterlabentibus annis ita proprius Deorum Samothracium cultus est immutatus, ut eorum loco naturae vires symbolice sint culti; ita ut servato vetere Cabirorum nomine alii in principalium Deorum vices fuerint substituti. (Καβείρων ὄργια apud Herod., II, 51). Qui Varroni Coelus et Terra, Epimenidi (v. Lyd. l. c.; Diog. Laert., I, 1; Heinrich, Epimenides aus Creta, p. 130) Αἰών et Φύσις nuncupantur. — Qui apud Mnaseam nominatur Axieros, idem est atque Hermes. Etenim est ἀξίερος ἔρος, ἄξιος vocabulo addito, quod eandem hic habet vim, quam in Ἀξιώθέα, in ἄξιος ταῦρος. (v. Müller, p. 449). Ἔρος autem ei, qui philosophice rem velit proponere, eiusdem symbolum est rei, quam significat Hermes, in antro Zerynthio Hecataebrimo iunctus. Cuius gnati sunt Ἔρσος et Ἔρση, Κόρος et Κόρη, Liber et Libera [Hesychio auctore κέρσος idem est, quod γάμος, κέρση eadem, quae κόρη]. Quibus in explicandis nominibus Mnaseas videtur esse falsus ea, quae est Ἀξιόκερσος et Περσε-φάνη verborum, similitudine; quod quum ei accidisset, cur Plutonem Ἀξιόκερσον et Ἀξίερον Cererem nominaverit, facile est explicatu. — Cuius sententiae paene contrariam defendit *O. Müller*, l. c. Qui tres fuisse dicit Cabiros recteque singulorum Mnaseam interpretatum esse nomina. Ἀξίερον quum Cererem, Ἀξιοκέρσην Proserpinam, Ἀξιόκερσον contendat esse Plutonem, eundem in Samothracibus agnoscit, quem in mysteriis Eleusiniensibus deprehendaret ordinem, quippe in quibus culti fuerint Demeter, Kora, Hades et Iacchos. — Tertiam *Creuzer* (Symbolik, II, p. 320) defendit sententiam; etenim ex Aegyptorum lingua singulorum nominum deducit notiones. Axieros *magnipotentem* significat et idem est, qui Phtas aut Hephaestus; Axiokersum *magnum foecundatorem*, Axiokersam *magnam foecundatricem*, hanc Aphroditam, illum

vult esse Arem. — V. praeter hos Hug, über den Mythus der alten Völker, p. 130; Schelling, über die Gottheiten von Samothrake, p. 7 et p. 50; Creuzer, Symbolik, II, p. 6; Dionysos, p. 149 sqq.; Lobeck, Aglaophamus, p. 1221 sqq.; Schwenck, etym. mythol. And., p. 168; Mythologie, p. 83; Ed. Gerhard, antike Bildwerke, tab. XLI, nº. 1—3.

Ad fragm. 32.

Herodianum, Grammaticorum Graecorum longe doctissimum, aliis scriptoribus saepissime constat fontem fuisse, unde doctrinam suam hauserint. Cuius rei satis luculentum exemplum ipse, in quo versamur, praebet locus, quocum ubi contulerimus, quod Stephanus Byzantinus refert s. v. Αἴβουρα: Αἴβουρα, πόλις Ἰβηρίας, ὡς Στράβων. ὁ πολίτης Αἰβουραῖος, ὡς ἀρουραῖος. Κλουρα Κλουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην. Ἄργουρα, πόλις Εὐβοίας, Ἀργουραῖος, Ἴουρα, Ἰουραῖος. καὶ σχεδὸν πάντα τὰ εἰς ρα. δύναται καὶ Αἰβουράτης, ὡς Αἴγειρα Αἰγειράτης, Κίβυρα Κιβυράτης.

. Iuvat Harpocrationis addere locum s. v. Ἄργουρα. Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. ἔστι δὲ πόλις τῆς Εὐβοίας ἐν τῇ Χαλκιδικῇ κειμένη.: ὡς Ἀριστοτέλης ὁ Χαλκιδεύς (fort. scribendum est: ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τοῖς περὶ Εὐβοίας. De Aristotele, qui, patriae nomine non addito, rerum Euboicarum scriptor vocatur, v. Schol. Apoll. Rh., I, 558; Dionysium Chalcidensem de rebus Euboicis scripsisse demonstratur Schol. Apoll. Rh., I, 1024), ἐν τῷ περὶ Εὐβοίας· ad quem v. Maussaci adnotationem.

Ad fragm. 33.

Strab., X, p. 473; Diod. Sic., v. 64; Cic. d. N. D., III, 16; Plin. H. N., VII, 57; Eustath. opusc., p. 152, 70 (ed. Tafel). Varia atque diversissima ratione Ἰδαῖοι Δάκτυλοι nomen a veteribus est explicatum; veram verbi notionem ex congruenti eorum, qui hac de re scripserunt, sententia perspexit I. Pollux, II, 156, quo suadente digiti

artifices sunt omniumque rerum fabricatores [Hesych. Πάλαμαι αἱ χεῖρες καὶ αἱ τέχναι]; quocirca, qui Rheae varias res fabricaverunt, δάκτυλοι nominantur, fabri ferrarei ad magnae matris montem habitantes. Cuius nominis quas proponit Welckerus (Aesch. Tril., p. 179, adnot. 264) septem diversas e veterum scriptis haustas interpretationes, earum una tantum est, quae, sensus ieiunitatem iudiciique nimiam ubi spectas levitatem, cum Mnasea possit certare, scilicet ea, quae servata in Etymologico Magno δακτύλους declinat ἀπὸ τοῦ δαδάσκειν. — Auctore Strabone (l. l.) ad Idam, Phrygiae seu Troadis montem, domicilia sua habent Dactyli; neque tamen Creticos ignorat dactylos; quos Asiaticis Ephorus (ap. Diod. l. l.; Ephori frägm. 65, p. 238 Mull.) ita studet coniungere, ut habitantes circa Idam, Phrygiae montem, cum Minoe narret in Europam transiisse. Quos, quum essent praestigiatores, atque incantamentis, sacris ritibus mysteriisque operam dedissent, versatos in Samothracia, non mediocrem insulanis stuporem incussisse. Quo tempore etiam Orpheum, quem excellenti ingenio ad poesim et melodiam natura instruxisset, eorum traderent fuisse discipulum primumque initiorum caerimonias et mysteria in Graeciam traduxisse. Μουσικώτατοι iidem a Schol. Hom. Il., X, 39 vocantur. Clem. Alexandr., Strom., p. 385 (ed. Sylb.) silvae cuiusdam orto incendio ferri venas ab eis dicit esse inventas. Plinius, H. N., XXXVII, 61 lapidum facit mentionem, qui Idaei dactyli vocabantur digitique humani habuere formam. De vario apud varios scriptores Dactylorum numero, de sinistris, qui sint γάητες, deque dextris, quos appellent ἀναλύοντας, v. Welcker, Aesch. Tril, p. 182; Lobeck, d. Idaeis Dact., p. 9. — In universum de Idaeis Dactylis egerunt Welcker, Aesch. Tril., p. 174—182; Lobeck, Aglaopham., p. 1156 sqq.; de Idaeis Dactylis; Höck, Creta, I, p. 184 et 325; Wesseling. ad Diodori l. l.; Engel, Kypros, I, p. 194 qsq.

Ad fragm. 34.

V. Creuzer, Hist. Graec. antiquiss. fragm., p. 183: »De Atergati, Syriae vel Dea vel regina nonnulla ad hunc locum disputat Casaubonus, quibus ut plura addantur, nihil necesse iudicat Schweighäuser ad h. l., T. IV, p. 587. At vero Casaubonus Atergatim pro eadem Dea habet cum Astarte sive Derceto, quae Semiramidis reginae mater ferebatur auctore Ctesia. (V. Strab. XVI, p. 574). Hanc Caystrus Penthesileae Amazonae filius ex Derceto susceperat. Ita hae res cum Amazonis coniunctae fuerunt; cf. eiusdem Casauboni Commentar. ad Suet. Iul. Caes., Vol. III, p. 129, ed. F. A. Wolfii. Illam rationem secutus est etiam Artemidorus in Oneirocrito, observante Eckhelio, qui de hoc numine agit D. N. V., I, 3, pag. 445, in illustrando Ascalonis urbis nummo, in quo eius religionis vestigia apparent. Salmasius etiam in Exercitatt. Plin., p. 574 altius in eam rem descendens Derceto, ab Astarte accurate distinguere studuit. Consulendi praeterea de his Deabus interpretes ad Lucian., d. Dea Syria, Tom. IX, p. 96 Bip. et Seldenus, de Diis Syr., II, 4. In ἀρσενοθήλεας referendam esse censet Heinrich, in commentatione de Hermaphroditis, pag. 19.

V. Lucian. d. D. Syr. 4; 46; Astrol., 7; Hygin., fab., 197; Macrob., Saturn. I, 23; O. Müller, Archaeologie der Kunst, p. 293; Welcker, über die unächten Lydiaka des Xanthus (kl. Schriften, I, p. 436).

Ad fragm. 35.

Scholii verba non ita sunt explicanda, ac si Mnaseas suam qualemcumque opinionem ea intentione protulisset, ut Aeschyli locum interpretaretur; cui interpretationi quae inest ineptia uni scholiastae debet tribui, Mnaseae aliquam animadversionem ei adhibenti loco, in quem minime quadraret.

Ad fragm. 36.

Quod Stephani a me propositis verbis continetur Mna-

seae fragmentum, eo de altera quadam (priorem dico, quae Schol. Apoll. Rh., I, 917 continetur) agit cum mysteriis Samothracibus cohaerente fabula; quae, ut multis veterum scriptorum commemorata locis, ita saepenumero a recentioribus est tractata. Quo in explicando fragmento, quid mei sit muneris, ei mihi videor satisfecisse, quum quod et ab illis narratum et ab his sit indagatum, certum aliquem secutus ordinem, proposuero; quod in me recipiendo negotium, si nil aliud, id saltem me consecuturum arbitror, ut qui denuo in hoc argumento operam suam velit collocare, ei viam paraverim aliquantulo expeditiorem. At si qui reprehendere me velit, qui neque novam ipse excogitaverim expediendae rei viam, neque ab aliis propositarum unam ausus sim universam amplecti atque defendere: is rei ut difficultatem, ita molem consideret, maiorem, quam quae intra angustos adnotationibus concessos fines possit cogi.

Diod. Sic., V, 48 (p. 369 ed. Wessel.): οὕτως δ' αὐτῶν πολιτευομένων, λέγουσι παρ' αὐτοῖς ἐκ Διὸς καὶ μιᾶς τῶν Ἀτλαντίδων Ἠλέκτρας γενέσθαι Δάρδανόν τε καὶ Ἁρμονίαν· ὧν τὸν μὲν Δάρδανον μεγαλεπίβολον γενόμενον, καὶ πρῶτον εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ σχεδίας διαπεραιωθέντα, τὸ μὲν πρῶτον κτίσαι πόλιν Δάρδανον, καὶ τὸ βασίλειον τὸ περὶ τὴν ὕστερον κληθεῖσαν Τροίαν συστήσασθαι, καὶ τοὺς λαοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ Δαρδάνους ὀνομάσαι.... μετὰ δὲ ταῦτα Κάδμον τὸν Ἀγήνορος κατὰ ζήτησιν τῆς Εὐρώπης ἀφικέσθαι πρὸς αὐτούς, καὶ τῆς τελετῆς μετασχόντα, γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Ἰασίωνος Ἁρμονίαν, οὐ καθάπερ Ἕλληνες μυθολογοῦσι, τὴν Ἄρεως (leg. Ἄρεος). Τὸν δὲ γάμον ταῦτον πρῶτον δαῖσαι θεούς, καὶ Δήμητρα μὲν Ἰασίωνος ἐρασθεῖσαν τὸν καρπὸν τοῦ σίτου δωρήσασθαι, Ἑρμῆν δὲ λύραν, Ἀθηνᾶν δὲ τὸν διαβεβοημένον ὅρμον καὶ πέπλον καὶ αὐλούς, Ἠλέκτραν δὲ τὰ τῆς μεγάλης καλουμένης μητρὸς τῶν θεῶν ἱερὰ μετὰ κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ τῶν ὀργιαζόντων. Schol. Hom. Il., XX, 215: Δάρδανος υἱὸς Ἠλέκτρας τῆς Ἀτλαντίδος καὶ Διός. οὗτος ᾤκει ἐν Σαμοθρᾴκῃ· τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ συμβάντος κατασκευάσας σχεδίαν καὶ ἀσκὸν ἑαυτῷ περιθεὶς ἐφέρετο τοῖς ὕδασι· προσορμίσας δὲ τῇ Ἴδῃ τὴν Δαρδανίαν ἔκτισεν: Apollod., Bibl. M., III, 12, 1: Ἠλέκ-

τρας δὲ τῆς Ἀτλαντος καὶ Διὸς Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἐγένοντο. Ἰασίων μὲν οὖν, ἐρασθεὶς Δήμητρος, καὶ θέλων καταισχῦναι τὴν θεὰν, κεραυνοῦται. Δάρδανος δ' ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ λυπούμενος, Σαμοθράκην ἀπολιπὼν, εἰς τὴν ἀντιπέρα ἤπαιρον ἦλθε. Ταύτης δ' ἐβασίλευε Τεῦκρος, ποταμοῦ Σκαμάνδρου καὶ νύμφης Ἰδαίας, ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὴν χώραν νεμόμενοι Τεῦκροι προσηγορεύοντο. Ὑποδεχθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βᾶτειαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν. Eustath. ad Hom. Il., p. 1204, 51: Περὶ δὲ Δαρδάνου φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὅτι ἐν τῷ κατακλυσμῷ τῷ κατὰ τὸν Δευκαλίωνα ἐκ τῆς Σαμοθρᾴκης ἀσκὸν ἢ σχεδίαν μετὰ δέρματος σκευάσας, καθὰ καὶ τῷ Λυκάονι δοκεῖ, καὶ ὑποδὺς καὶ τοῖς ὕδασιν ἑαυτὸν ἐπιδοὺς προσοκείλας τε τῇ Τροίᾳ μετὰ τὸ ἀναξηρωθῆναι (leg. ἐναξηρανθῆναι) τὸ ὕδωρ τὴν Δαρδανίαν ἔκτισεν ὑψηλοτέραν τῆς ὕστερον Ἰλίου, φόβῳ τῆς ἐξ ὑετῶν κατακλύσεως, ἧς αὐτὸς ἐπειράθη. Eustath. ad Dion. Perieg., 819: Ἱστέον δ' ὅτι ὁ μῦθος τὴν τῷ Κάδμῳ συνοικήσασαν Ἁρμονίαν Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης γενεαλογεῖ. Ἀρριανὸς δ' Ἀσιανήν τ' αὐτὴν οἶδε καὶ Δαρδάνου ἀδελφήν· φησὶ γάρ, ὅτι Κάδμος ὑπὸ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν ζήτησιν τῆς ἀδελφῆς Εὐρώπης ταλεὶς, καὶ πλανώμενος, περιπετὴς γέγονεν Ἁρμονίᾳ, τῇ τοῦ Δαρδάνου ἀδελφῇ· καὶ ἁρπάσας καὶ εἰς τὰς ναῦς ἐνθέμενος, προσέσχε τῇ Βοιωτῶν γῇ, ἔνθα Θηβαίων ἐγένετο καρτερός. Tzetz. ad Lycophr. Cass., 29: Λόφον ἄτης καὶ βουπλανόκτιστον τὴν Τροίαν λέγει· Ἠλέκτρας γάρ, τῆς Ἀτλαντος καὶ Διὸς Ἰασίων καὶ Δάρδανος. καὶ Ἰασίων μὲν, Δήμητρος ἐρασθεὶς κεραυνοῦται· Δάρδανος δὲ, κατακλυσμοῦ γεγονότος, ἐκ Σαμοθρᾴκης εἰς τὴν ἀντιπέρα γῆν περαιοῦται, καὶ τὴν νῦν Τροίαν ἔμελλε κτίζειν, τὸν λόφον τοῦτον, εἰπὼν, βλάβην γενέσθαι (leg. γενήσεσθαι) τοῖς αὐτὸν κατοικήσασι. Κωλυθεὶς δὲ κτίζει τὴν Δαρδανίαν, πρότερον Σκάμανδρον λόφον καλουμένην, βασιλεύοντος τότε τῶν Τρωϊκῶν μερῶν Τεύκρου, τοῦ Σκαμάνδρου καὶ Ἰδαίας νύμφης. Hesiod. Theog., v. 975; Dionys. Halicarn., I, 61, 68, 69; Paus. IX, 5; Schol. Apoll. Rh., I, 916; Schol. Pind. Pyth., III, 153, 164; Schol. Eurip. Phoen., 7; Schol. Hom. Il., XVIII, 486; Euhemerus ap. Athen., XIV, 22, p. 658; Eudoc.

Viol., p. 78 et p. 106; Tzetz. ad Lycophr. Cass., 72; Hygin., fab. 6 et 148; Arnob. adv. gent., II, 73; Lactant., I, 17.

Lobeck, Aglaopham., p. 678: Harmoniam Ephorus tradit a Cadmo Samothracen praeternavigante raptam esse καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ ζητοῦσιν αὐτὴν ἔν ταῖς ἑορταῖς (Schol. Eurip. Phoen., 7); p. 1235: Harmoniam ipsam Hellanicus fr., 71, 99 Dardani et Ectionis sororem, Electrae filiam in Samothracia Cadmo nupsisse, Ephorus fr., p. 239 a Cadmo e Samothracia abductam et memoriam raptus in solemnibus simulata inquisitione celebrari refert, sed neuter significat Harmoniam inter numina dicatam, nedum hoc nomine harmoniam mundi in mysteriis declaratam esse; p. 1222: Dardanum et Iasionem Athenio ille (v. p. 1220) aut Cabiros aut certe Cabirorum cultores dixit: illum auctores, quos Dionysius exhibet, τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν ex Arcadia ad Samothracen attulisse confirmant (v. p. 1204), de eodem Mnaseas narrat ἐξιὼν ἐκ τοῦ νεὼ κτέ. (Cf. Serv. ad Aen., III, 167). Arrianus, qui ipsum Dardanum e Samothracia traiecisse dicit Eustath., p. 351, 50, de fratre eius hoc addit, ὅτι Ἰασίων ἐκ Δήμητρος καὶ Κόρης κάτοχος γενόμενος εἰς Σικελίαν ἦλθε καὶ ἐπὶ πολλὴν ἄλλην γῆν ἐπλανήθη, τὰ ἐκείνης ὄργια δεικνύων, eoque famam concubitus Deae cum adulescentulo ortam, unde Parium natum, Pari conditorem. Eundemque in Samothracia vixisse affirmat haud paullo antiquior scriptor apud Dion., I, 61, Ἰασίων ἐν τῇ νήσῳ κεραυνῷ πληγεὶς τελευτᾷ, Δήμητρος εὐνὴν ὀργώμενός οἱ ἔχειν, quae ex Cephalionis Troicis sumta esse arbitror, pariter ut illa, quae Steph. s. v. Ἀρίσβη Cephalionem de Dardani e Samothrace transmigratione dixisse refert. — *O. Müller*, Orchomen., p. 453. Quae referuntur Etymolog. Gud., p. 290 B: Κάδμος ὁ Ἑρμῆς παρὰ τοῖς Τυρσηνοῖς, Tzetz., ad Lycophr. Cass., 219 et 162: Κάδμιλος ὁ Ἑρμῆς Βοιωτικῶς, testimonio sunt Müllero, eundem esse Cadmum, quem Hermem; eumque Thebis dicit habitare in templo Cereris, in quo Harmoniae fuerit thalamus.

Harmonia, culta a Thebanis tamquam propria urbis Dea, pugnae fuit et amoris, Martis et Veneris filia (quae nomina eandem ei videntur, quam Κέρσος et Κέρασ, notionem habere). Affert deinde, quae Ephorus tradidit in Schol. Eurip. Phoen., 7. Omnium vero, quae ad mysteria pertinerent, gravissimam hancce dicit esse fabulam, quippe qua demonstraretur, idem ab initio fuisse Thebanorum Samothracumque dogma. *Welcker*, über eine kret. Col. in Theb., p. 35, cosmogonicum, qualis in Samothracia cultus sit, Hermam uxorem dicit duxisse Harmoniam, quae eandem, quam ipse, prae se ferat notionem; etenim significare Cadmi Harmoniaeque matrimonium »die Begründung und Erzeugung der einigen und einträchtigen Gesetze der Welt und des Lebens." — At Thebano quoque, pergit, Cadmo nuptam inveniri Harmoniam, quae tamen accurate oporteat secernatur a Samothrace. Quae enim divinae quum fuerit indolis; Thebanam ipsius nominis etymologiae nomen debere; inclinari enim ab ἁρμόζειν, a struendo, exstruendo V. Schwenck, Mythol. Gr., p. 214 et 474; Heyne ad Apoll., p. 272.

Ad fragm. 37.

V. Steph. Byz., s. v. Φᾶσις, πόλις τῆς Ἀσίας πρὸς τῷ Φάσιδι ποταμῷ ἐν Κόλχοις.

Consanguinitatis vinculi, quo Colchum Phasidemque iungit Mnaseas, facilis in promptu est explicatus. Est enim Phasis Colchorum terrae fluvius maximus, ad quem plurimae sitae sunt urbes. Ea autem in urbibus exstruendis fere lex observatur, ut, siquidem fieri potest, locus eligatur, prope quem amnis fluat; atque ita Phasis, tamquam urbium illarum exstructarum caussa, terrae Colchorum pater haud ita inepte potest nominari.

Ad fragm. 38.

Repugnat scholii initio grammaticus iis, qui haereant in eo, quod numquam οἰνοχοεύων apud Homerum inducatur

Ganymedes; quam rem ex duorum, quae carmini suo inseruerit poeta, Deorum conviviorum indole explicandam esse demonstrat.

Cff. Steph. Byz., s. v. Ἁρπαγία, οὐδετέρως, τόπος περὶ Κύζικον, ὅθεν ἡρπάσθαι φασὶ Γανυμήδην. Eustath. ad Il., p. 1205, 10: Ἡ δὲ τοῦ Γανυμήδους ἁρπαγὴ ἄωρον αἰνίττεται τοῦ παιδὸς θάνατον, ὁποῖα πολλὰ οἱ μῦθοι πλάττουσιν· τινὲς δὲ φασὶν, ὑπὸ τοῦ Ταντάλου αὐτὸν ἁρπαγῆναι, καὶ ἐν κυνηγεσίῳ πεσεῖν καὶ ταφῆναι ἐν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ. Eudoc., p. 95; Athen., XIII, p. 566 C. D.; p. 601 F. — Hemsterh. ad Luc. Dial. D., IV, 2; Böttiger, Kunstmythologie, II, 35 (Excurs: »Wie die Fabel vom Ganymed entstanden"); Schwenck, Mythol., p. 41.

Ad fragm. 39.

Diod. Sic., IV, 4: Μυθολογοῦσι δέ τινες καὶ ἕτερον Διόνυσον γεγονέναι, πολὺ τοῖς χρόνοις προτεροῦντα τούτου. Φασὶ γὰρ τὰ Διὸς καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι, τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον· οὗ τήν τε γένεσιν καὶ τὰς θυσίας καὶ τιμὰς νυκτερινὰς, καὶ κρυφίους παρεισάγουσι, διὰ τὴν αἰσχύνην ἐκ τῆς συνουσίας ἐπακολουθοῦσαν. Arist. Av., 875; Schol. Arist. Vesp., 7: Σαβάζιον δὲ τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾷκες καλοῦσι, καὶ Σάβους τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ. Clem. Alex. Protrept. (p. 11 ed. Sylb.). In Orphico hymno XLVIII (p. 311 ed. Herm.) Sabazius Kroni filius nominatur, qui in coxa sua Dionysum portaverit, ut ille in Tmolo cum Hippa conveniat:

Κλῦθι, πάτερ, Κρόνου υἱὲ, Σαβάζιε, κύδιμε δαῖμον,
Ὃς Βάκχον Διόνυσον ἐριβρόμου εἰραφιώτην
Μήρῳ ἐγκατέραψας, ὅπως τετελεσμένος ἔλθοι
Τμῶλον ἐς ἠγάθεον, παρά θ' Ἵππαν καλλιπάρῃον

ubi haec Gesnerus adnotaverat: »Sabazios Bacchi barbarum nomen, uti volunt Graeci Grammatici. De Saba Arabiae potest aliquis cogitare, de Sabaoth, cum exercitum per Orientem duxerit Bacchus etc." Σάβον et Σαβάζιον modo vocis productione differe credibile est. Plut. Sympos.,

4, 5, p. 671 F: Σάββους καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς βάκχους καλοῦσι, καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἀφίασιν, ὅταν ὀργιάζουσι τῷ θεῷ. — V. Creuzer, Dionys., p. 143; Symbol., T. III, p. 349 sqq.; quo loco Sabazii sacerdotes Sabos nominatos fuisse ut demonstret, falso Mnaseae nititur auctoritate, quum Photio hoc ipso loco et s. v. παρασαβάζειν ei fuisset utendum. — Sabazium a Mnasea Dionysi filium esse nominatum, non est, quod miremur. Quam enim utriusque observaverat similitudinem indolis atque cultus, eam pro temporis, quo vivebat, mythologorum ratione, tale vinculum effingendo expressit. Schwenckio auctore (Myth. Gr., p. 376, 379, 394) in mysteriis una cum Phryge Sabazio Dionysus colebatur, quem tauri sub imagine venerati essent Elidis incolae, quum naturae virium fertilitatem eius sub nomine coluissent; taurus enim foecunditatis est symbolum. V. Wesseling. ad Diod. l. l.; Lobeck, Aglaopham. p. 1046 sqq.

Ad fragm. 40.

Variis parentibus apud veteres Priapus tribuitur. Quem dicunt modo Dionysi et Aphroditae (v. Diod. Sic., IV, 6: περὶ δὲ Πριάπου καὶ τῶν μυθολογουμένων περὶ αὐτοῦ νῦν διέξιμεν, οἰκεῖον ὁρῶντες τὸν περὶ τούτου λόγον ταῖς Διονυσιακαῖς ἱστορίαις. μυθολογοῦσιν οὖν οἱ παλαιοὶ τὸν Πρίαπον υἱὸν εἶναι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης, πιθανῶς τὴν γένεσιν ταύτην ἐξηγούμενοι: modo Naidos aut Chionae et Dionysi (v. Schol. Theocr. Id., I, 21: Τὸν Πρίαπον νύμφης Ναΐδος ἢ Χιόνης καὶ Διονύσου φασὶν υἱὸν, ὃν καὶ κτίσαι ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν φασίν· παρ' ἐνίοις μὲν ὁ αὐτός ἐστι τῷ Διονύσῳ· ἐκ τῆς ἐτυμολογίας γὰρ φαίνεται. ἐστὶ γὰρ οἷον ἡ βριήπυος διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείας καὶ μέθαις ἐκβοήσεις, ἢ πρίηπος ὁ προϊέμενος τὸ σπέρμα): modo Adonidis et Aphroditae (v. Tzetz. ad Lycophr. Cass., 831 ὁ Ἄδωνις Γαύας παρὰ Κυπρίοις καλεῖται. Ἄδωνις δ' ὁ Κύπριος κατά τινας Κινύρου παῖς ἦν· ἐξ οὗ ἡ Ἀφροδίτη γεννᾷ Πρίαπον δυσειδῆ καὶ βαθυαίδοιον· καὶ γὰρ Ἥρα ἔγκυον οὖσαν αὐτὴν μεμαγευμένη χειρὶ ἁψαμένη, ἐποίησε τοῦτον γεννῆσαι):

modo Hermae (Hygin. fab. 160), modo ipsius Iovis (v. Cornut. d. N. D., c. 27: παρασάγεται δὲ καὶ αὐτὸς φύλαξ τῶν τε κήπων καὶ τῶν ἀμπέλων, ἐπειδὴ κατὰ τὸν γεννῶντά ἐστι καὶ τὸ σώζειν, ἃ γεννᾷ, καὶ τοῦ Διὸς ἐντεῦθεν σωτῆρος εἶναι λεγόμενος); quem ad Cornuti locum haecce Osanni est adnotatio: »Fortasse legendum καὶ αὐτοῦ Διὸς ἐντεῦθεν .... Ceterum erat, quum Διονύσου pro Διός reponendum esse putarem; illum enim Priapi patrem vulgaris opinio tradit (v. Creuzer, Symb., T. II, p. 111). A qua sententia me non tam revocavit Suidae testimonium s. v. Πρίαπος, quam Eudociae p. 345 auctoritas, quae scriptorem nescio quem secuta talia refert, quae non possunt non unum ad Iovem referri. Cui fabulae id consentaneum, quod etiam in vulgari de ortu Priapi traditione, qua Bacchus pro Iove nominatur, primariae partes Iunoni dantur, quippe quae ob commissum a Iove cum Venere adulterium ira incensa effecerit, ut partus ederetur informis et pudendus, quem ipsa mater suscipere nollet. V. Schol. Apollon. Rh., I, 932. Quae omnia aptius ad Iovem, quam ad Bacchum referuntur." Recte quidem fecit Osannus, quod Διός mutare noluit; qua vero de causa ita legendum sit, ipsum paene dicas non intellexisse, quippe unum errorem alteri ista adnotatione imponentem. Quid verum sit in hac de Priapi genealogia quaestione, ut possimus invenire, ad Priapi cultus originem est redeundum. Qua in indaganda tantum non omnibus veterum locis Lampsacum perducimur, opulentam Mysiae urbem, ubi tamquam vitium frugumque custos (κήπων τε καὶ ἀμπέλων φύλαξ) ab incolis colebatur. V. Steph. Byz. s. v. Λάμψακος (p. 181 W.): Λάμψακος πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα .... ἐστὶ δ' εὔοινος .... Δημοσθένης δὲ διὰ τὸ εὔοινον καὶ Πριάπου κτίσμα ταύτην φησὶ, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου, et Paus., IX, 31: Λαμψακηνοὶ δ' ἐς πλέον ἢ Θεοὺς τοὺς ἄλλους νομίζουσι, Διονύσου τ' αὐτὸν παῖδα εἶναι καὶ Ἀφροδίτης λέγοντες, et alii. Cui autem potiori frugum vitiumque patronus tamquam filius potest tribui, quam Dionyso, vini κατ' ἐξοχήν Deo? Natura igitur sua

Dionyso aptissime Priapus potest iungi; quod bene intellexerunt veteres, quum eundem dicerent esse Priapum atque Dionysum. Quam praeterea sententiam etiam vulgaris traditio sustentat; in qua, quae Iunonis Iovisque sint partes, accuratius iam dispiciamus, praemisso loco Scholiorum Apollonii Rh., ut quo Osannus praecipue innitatur. Qui ita audit: Ἀβαρνίδος: Ἡ Ἀβαρνίς, πόλις τῆς Λαμψάκου. Ὠνομάσθη δ' ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ. καὶ ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰνδικὴν, ἐμίγη τῷ Ἀδώνιδι. Ὡς δ' ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα ὑπήντησεν αὐτῷ· καὶ στέψασα αὐτὸν, ἀκολουθῆσαι μὲν ἠθέλησε, διὰ τὸ ἤδη γεγαμῆσθαι· εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα, τὸ ἐξ αὐτῆς κυοφορούμενον ἐβούλετο τεκεῖν. Ἥρα δὲ ζηλοτυποῦσα μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς, καὶ ἐποίησε τεκεῖν παῖδα τά τ' ἄλλα δύσμορφον, καὶ αἰδοῖον ἔχοντα ὑπέρμεγα· ὃν Πρίαπον προσαγορευθῆναι. Cur tanto odio Aphroditae prolem persecuta sit Hera, causa non additur. Quam Osannus excogitavit, nullo ista superstructa est argumento, sed merum est commentum, quo in excogitando nisus est, ni fallor, praecipue verbis Ἥρα δὲ ζηλοτυποῦσα. Videntur hac in referenda narratione et Scholiasta Apollonianus, et Etymologicus M. s. v. Ἀβαρνίς et Tzetzes l. c. ex eodem omnes fonte hausisse; ea tamen in re, in qua opinionis Osannianae vertitur cardo, non idem omnes referunt. Omittit enim, in qua omnis vis sita est, vocem ζηλοτυποῦσα, Tzetzes. Qua ex dissensione plus quam verosimile mihi est, inesse huic verbo additam ab ipsis istis Grammaticis explicationem rei, quam non omni ex parte intellexerint. Ita autem fabulam deinceps ortam esse puto. Priapi parentes Aphrodita et Dionysus; quibus e parentibus explicatione profecto eget, quomodo tam deformis potuerit filius nasci. Ex Aphroditae culpa quadam caussa repetitur. Quippe quae, quamquam gravida e Dionyso, tamen Adonidis non dubitasset sese dedere amplexibus. Poena igitur huius delicti fuit luenda; cuius effectrix fuit Hera. Matrimonii enim, quod intra legum decorique sese contineat

fines, eam fuisse patronam violatique vindicem veteres diserte demonstrant. Quae in Cypriis aufugienti cum Helena rapta Paridi insidias, tempestate commota, dicitur struxisse; de qua Lactantius (d. f. rel., I, 17), addito quidem, sicuti par erat, aculeo, »Iuno," inquit, »pellices acerrime persecuta est, quia parere ipsa non potuit ex fratre." Eadem quum praeterea sit Eileithyia, in ipsum partum vis ei fuit concessa. Qua utendo ad puniendam Aphroditae incontinentiam, prolem iussit edi deformem atque turpem. Haec Herae in fabula commemoratae notio esse videtur. Quam qui non perspexere, simulatque Herae mentio fuit facta eiusque insuper poena Aphroditam afficientis, eo facillime potuerunt pervenire, ut ζηλοτυπίαν commotae Herae irae caussam fuisse putarent. Quo eodem ex errore universa videtur nata esse narratio, quam Eudocia memoriae prodidit l. l. (neque ego, unde hanc narrationem hauserit Eudocia, potui investigare; eandem tamen, iisdem verbis Latine redditis, inveni apud Eliam Cretensem, scholiastam Gregorii Nazianzeni, in Schol. ad Orat. III, p. 530 B., ed. Colon. an. 1690), cuiusque auctoritate Osannus tanta confidentia uti non dubitavit. Quam ab indoctissimo stolidissimoque grammatico esse confectam, unumquodque paene verbum est testimonio. Aphroditam enim dicit ex Aethiopia reducem (pro Dionysi, quod memoratur apud Schol. Apoll. et Etym. M., Aphroditae effinxit iter) pulchritudine adeo excelluisse, ut vel ipsius Jovis in sese convertisset oculos. Veritam vero Heram, ne proles orta ex Aphroditae Jovisque connubio pulchritudine ceteros omnes Jovis filios obscuraret, effecisse, ut infans deformis ederetur. — Cuius narrationis de origine atque pretio non opus esse videtur, ut verbum amplius addam. Iovem igitur Priapi patrem neque Dei indoles, neque veterum testimonia, siquidem recte explicantur atque iunguntur, demonstrant. Cornuti genealogia seriori videtur deberi veteres fabulas inquinanti novasque commentae doctrinae.

De Priapi cultu iuvat omnino conferre Eustath. ad Hom.

II., p. 242, 37; p. 691, 44; Lactant. d. f. rel., I, 21; Athen., I, p. 30 B; Lobeck, Aglaopham., p. 498 sqq.; Schwenck, etym.-mythol. Andeut., 216; Gr. Mythol., p. 278 sqq.; I. H. Voss, mythologische Briefe, II, 36. Mnaseae verba coniectura putavi esse sananda, ita ut pro Ἑρμαφρόδιτον legeretur Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης. Heinrichius, de Hermaphroditis p. 33, vulgarem tuetur lectionem, quam ambiguam dicit habere explicationem, ut aut duplicem sexum Priapo attribuerit Mnaseas, aut eundem esse voluerit Hermaphroditum et Priapum. Quod ad priorem attinet explicationem, quum apud neminem fortasse magis expressus fuit sexus, cuius fuerit, quam apud Priapum: tum neque posterioris interpretationis vim me assequi ingenue fateor. In opinionum diversitate doctum scriptorem Patarensem, cui meritis maiorem tribuere videtur Heinrichius auctoritatem, Priapum Hermaphrodito potius comparandum censuisse, quam Dionyso. At similitudo ea, siquidem de similitudine sermo potest esse apud eos, qui iidem dicuntur fuisse, unde est orta, et quid ea edocemur? Docemur scilicet »multa antiquitus de Hermaphrodito constitisse, quae nunc aut obscurata sunt, aut in pravam opinionem degenerarunt," h. e., quid proprie rei sit, ignoramus. Praeterea istius Hermaphroditi Priapique similitudinis Mnasea antiquiorem testem falso Diodorum excitavit Heinrichius. Ille enim quum de Priapo dixit: μυθολογοῦσιν οὖν οἱ παλαιοὶ τὸν Πρίαπον υἱὸν εἶναι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης, iam de Hermaphrodito refert: παραπλησίως δὲ τῷ Πριάπῳ τινὲς μυθολογοῦσι γεγενῆσθαι τὸν ὀνομαζόμενον Ἑρμαφρόδιτον, ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γεννηθέντα, habito nimirum eius rei respectu, quod ex eadem matre uterque est procreatus. — Coniecturae meae verbis, Mnaseae cum consuetudine egregie cocuntibus, nihil praeterea inest, quod offensioni possit esse. Et Hermes pater vocatur, et mater Priapi Aphrodita; iunctis igitur ad hunc filium procreandum inepti nihil inest. Similis in alio loco coniecturae exemplum v. apud Heinr., d. Herm., p. 11.

Ad fragm. 41 et 42.

Propositi e Flavio Josepho loci, quippe quibus Mnaseae nomine tantum utatur scriptor quo maiorem vim tribuat narrationi, de qua aliunde iam constiterit, explicatione nulla ratione videntur egere. Ceterum de eis conferatur, quae disputavimus p. 6.

Ad fragm. 43.

Steph. Byz., s. v. Βάρκη: Βάρκη, πόλις Λιβύης, ἥτις καὶ Πτολεμαΐς· ἦν δ' ἐκ πλινθίνων οἰκοδομημάτων συντεθεῖσα, κτίσμα Πέρσεως, Ζακύνθου, Ἀριζομέδοντος, Λύκου· λέγεται καὶ Βαρκαῖα, ἐξ οὗ τὸ Βαρκαιάτης· τοῦ δὲ Βάρκη Βαρκαῖος. καὶ Βαρκαῖον τὸν Λίβυν φασί· Βαρκαῖος ὄχος· οἱ τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος, ἠνιοχεῖν δὲ παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθον (ita disponendum atque emendandum putavi locum, qui vulgo sic editur: καὶ Βαρκαῖον, τὸν Λίβυν, φασὶ Βαρκαῖον ἕως οἱ τὰς ἱπποτροφίας κτέ.) (p. 71 ed. W.). Talia Herodotus refert, IV, 160: Τούτου δὲ τοῦ Βάττεω γίνεται παῖς Ἀρκεσίλεως, ὃς βασιλεύσας, πρῶτα τοῖσι ἑωυτοῦ ἀδελφεοῖσι ἐστασίασε, ἐς ὃ μιν οὗτοι ἀπολιπόντες οἴχοντο ἐς ἄλλον χῶρον τῆς Λιβύης· καὶ ἐπ' ἑωυτῶν βαλλόμενοι, ἔκτισαν πόλιν ταύτην, ἣ τότε καὶ νῦν Βάρκη καλέεται. — Praeterea conferendus est Soph. El., v. 727:

μέτωπα συμπαίουσι Βαρκαίοις ὄχοις,

quem ad versum haec adnotavit scholiasta: Βαρκαίοις ὄχοις: τοῖς Λιβυκοῖς· Βάρκη γὰρ πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Πτολεμαὶς καλουμένη. Servius ad Virg. Aen., IV, 22: *Lateque furentes Barcaei:* Hi prope sunt a Carthagine. Hi, secundum Titianum in Chorographia, Phoenicem navali quondam vicere certamine. Barce autem est civitas Pentapolis, quae hodie Ptolemais dicitur. Nam Cyrene et Barce regina fuerunt, quae singulis dederunt civitatibus nomen. Cff. Schol. Hom. Il., XXI, 12; Strab., p. 837, A; Scyl. Peripl. (Geogr. Min., ed. Hudson, I, p. 46).

Ad fragm. 44.

Magna fuit apud veteres fabularum de Cyrenae urbis origine dissensio, varias narrationis formas variis tuentibus scriptoribus. Aegidas dicunt, Sparta oriundos, duce Thera aliquo e Cadmi prole, ad Callisto insulam advenisse, Theram postea nominatam; unde colonia in Libyam deducta Cyrenam urbem condiderit (v. Pind. Pyth., v. 74 sqq.; Steph. Byz., s. v. Θήρα, κτίσμα Μεμβλιάρου, ἑνὸς τῶν μετὰ Κάδμου). Herodotus vero IV, 154 sqq. ea ratione fabulam nobis tradidit, qua apud Theraeos ferebatur. Therae ducis illius successorem aliquem, quum, comitante praeter alios multos Batto, Minyo genere, Delphos, Pythiam consultum, venisset, a Dea iussum accepisse urbis in Libya condendae; quem quum ipse ob provectam senectutem suscipere non potuisset, Battum designasse, tamquam tali muneri aptissimum. Ignorantibus autem Theraeis, ubinam sita esset Lybia, quum diu, quod imperatum a Deo, fuisset neglectum, siccitatem coortam esse ac maciem, qua omnes fruges periissent; proinde coactos Batto duce coloniam in Libyam deduxisse urbemque conditam Theram appellavisse; a Theraeis autem postea Cyrenam esse ortam. — Quae tertia aetatem tulit fabulae forma, ea est: Reducibus Argonautis Triton, Eurypyli persona indutus quum obviam esset factus eisque, utpote festinantibus, aliud xenium parare non potuisset, terrae glebam dono dedit. Quam acceptam Euphemus posteris suis servavit. Forte autem fortuna, quum esset factum, ut in mare ea delaberetur, subito Thera insula est orta. Tempore vero advecto, quo ex Medeae vaticinio destinatum fuit Euphemi posteris, ut Libya potirentur, Battus, colonia deducta, Cyrenam condidit. Ita fabulam retulerunt, teste Schol. Apoll., IV, 1750, Theochrestus et Acesandrus, quorum hic περὶ Κυρήνης, ille scripserit περὶ Λιβύης. (v. Schol. Pind. Pyth., IV, 37; Apoll. Rh. Arg., IV, 1550 sqq.; IV, 1755 sqq.). Quae autem in omnium ore fuit fa-

bula, haec est: Battus, i. e. balbus, Aristoteles proprie nominatus, Delphos pervenit, quomodo linguae suae haesitantiae possit mederi, Pythiam consulturus. Cui Deus imperavit, ut coloniam in fertiles Libyae deduceret regiones. Apollinis iussui statim non obsecutus, malis multis afficiebatur, neque quum coloniam in Plateam deduxisset insulam, placata fuit Dei ira, donec Irasam migravit, sitam ad Kyram fontem, Apollini sacrum, prope quem Cyrenam urbem condidit; quo inde a tempore a balbutiendo Battus fuit liberatus, adeo, ut perterriti vocis violentia leones aufugerent. V. Pind. Pyth.

κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
λέοντες περὶ δείματι
φύγον, γλῶτταν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν
ὑπερποντίαν.

Quod ad urbis attinet nomen, Apollinem narrant, quum rapuisset amore inflammatus Kyrenam, Hypsei filiam neptemque Penei, quam in Pelii saltibus conspexisset luctantem cum leone, in Africae eam deduxisse illum locum, quo postea Kyrena urbs, nomine ab illa accepto, fuerit condita. (v. Pind. Pyth., IX, v. 5 sqq.; Diod. Sic., IV, 81: καὶ μετενεγκεῖν αὐτὴν τῆς Λιβύης εἰς ταύτην τὴν χώραν, ἐν ᾗ κατὰ τοὺς ὑστέρους χρόνους τινὰ κτίσαντα πόλιν ἀπ' ἐκείνης ὀνομάσαι Κυρήνην· Bekker, Anecdot., I, p. 1173; Cramer, Anecdot., II, p. 101; Hygin. fab. 161). Quibus ex fabulis omnibus quid ad constituendam pristinorum Graeciae temporum historiam redundet, demonstrare conatus est C. O. Müller, Orchom., p. 340—345; Dor., I, p. 268. — De simili Cyrenaicae illius re, quae de Apolline et Sinopa narratur, v. Schol. Apoll. Rh., II, 953 et Diod., IV, 72.

Ex Mnaseae sententia ad rem conficiendam haud ita multum mihi videtur posse peti; quippe ex qua nihil lucremur, nisi quod docemur, Mnaseam in Libycis de Kyrena urbe disseruisse. Posses in ista notitia, nisi in Mnasea versaremur, festivam cernere eorum derisionem, qui, absque omni iudicio, veterum fabularum essent tenaces.

Ad fragm. 45.

Ingeniose locum mutilum restituit Schneidewinus, accita Stephani Byzantini eodem de argumento glossa, quae legitur s. v. Δούλων πόλις, p. 106 ed. W.: Δούλων πόλις, πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει. καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν ταύτην λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται, κἂν ξένος ᾖ. ἔστι καὶ ἑτέρα Ἱεροδούλων, ἐν ᾗ εἰς μόνος ἐλεύθερός ἐστιν. φασὶ καὶ κατὰ Κρήτην Δουλόπολιν εἶναι χιλίανδρον. Σημειωτέον δ' ὅτι Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις πάλιν δούλων φησὶν, Ἀπολλωνίου φήσαντος, μὴ δεῖν ταύτας τὰς παραδόσεις ἐναλλάσσειν δίχα ποιητικῆς ἀνάγκης, ὡς φησὶ Κρατῖνος·

εἶτα Σάκας ἀφικνῇ, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς,
ἔς τε πόλιν δούλων ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων.

De altera urbe, Πονηρῶν πόλις, v. Steph. Byz., s. v. Πονηρόπολις, πόλις ἐν Θρᾴκῃ, ὁ πολίτης Πονηροπολίτης· et Tzetz., Iamb. (Tzetz. Chil., ed. Kiessling., p. 510): βούλεται γὰρ πᾶν τοὐναντίον ἐν ταῖς ὑποφοραῖς, ὑπερομίας ἀξίους δεικνὺς τοὺς τοιούτους φαύλους, καὶ μακαρίζων τὸν Φίλιππον, πάντας πονηροὺς καὶ μοιχοὺς εἰς Πονηρόπολιν συνοικίσαντα καὶ Μοιχόπολιν, ἥ Βενηρία καλεῖται: Theopomp., fr. 122 (fr. h. Gr., p. 298): Δούλων πόλις: ἐν Λιβύῃ. Ἔφορος ε'. Καὶ ἑτέρα ἱεροδούλων, ἐν ᾗ εἷς ἐλεύθερός ἐστιν. ἐστὶ δὲ καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις, ὡς Σωσικράτης ἐν τῇ α' τῶν Κρητικῶν· ἐστί τις καὶ περὶ Θρᾴκην Πονηρόπολις, ἣν Φίλιππον φασὶ συνοικίσαι, τοὺς ἐπὶ πονηρίᾳ διαβαλλομένους αὐτόθι συναγαγόντα, συκοφάντας καὶ ψευδομάρτυρας καὶ τοὺς συνηγόρους καὶ τοὺς ἄλλους πονηροὺς, ὡς δισχιλίους, ὡς Θεόπομπος ἐν ιγ' τῶν Φιλιππικῶν φησί. Eadem habet Suidas s. v. Δούλων πόλις et Πονηρόπολις. Cff. Plutar. Moral., p. 520, B: Ὥσπερ ἡ πόλις, ἣν ἐκ τῶν κακίστων καὶ ἀναγωγοτάτων κτίσας ὁ Φίλιππος Πονηρόπολιν προσηγόρευεν. Plin., H. N., IV, 18; Ammian., XXII, 2. De Artemidoro haec habet Schneidewinus: »Intelligit sine dubio Artemidori Ephesii γεωγραφούμενα, de [illegible] dixit I. G. Vossius, de Hist. Gr., I, 22, p. [illegible] Vixit ille circa annum 100 a. Ch. [illegible]

apud Strabonem, Plinium Stephanumque Byzantinum. Scripsit γεωγραφουμένων libros XI, a Marciano Heracleota postea excerptos.

Ad fragm. 46.

Varias fragmento inesse puto res, quae praeter Mnaseam alius scriptoris auctoritate non sustentantur. Mihi quidem de Sicyone, Africae loco, atque de Crati ibi in oceanum effluente amni nihil liquet, nisi cum hac Mnaseae notitia coniungi debeat, quod Steph. Byzant. tradit s. v. Τελχίς, πόλις Αἰθιοπίας, πρὸς τῇ Λιβύῃ. Τὸ ἐθνικὸν, τῷ μὲν ἔθει τῆς χώρας Τελχίτης, τῷ δὲ κοινῷ χαρακτῆρι Τελχῖνος, ἀπὸ τῆς γενικῆς. Ἐπειδὴ καὶ ἡ Κρήτη Τελχινία ἐλέγετο, καὶ οἱ Κρῆτες Τελχῖνες. Λέγονται καὶ Τελχῖνες θηλυκῶς αἱ ὑπὸ πληγῆς εἰς θάνατον καταφοραί. Τελχινία καὶ ἡ Σικύων ἐκαλεῖτο. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Τελχίνιος. Quibus addi potest alter Plinii locus, ipsi iam addubitatam Sophoclis de electri origine fabulam continens: »Super omnes est Sophocles tragicus poeta, quod equidem miror tanta gravitate cothurni et praeterea vitae fama, alias principe loco genitus Athenis, rebus gestis, exercitu ducto. Hic ultra Indiam fieri dixit e lacrimis Meleagridum avium Meleagrum deflentium." — Et Mnaseae et hunc locum attigit Salmasius in Exercitatt. Plin. p. 872 (Ed. Par. a. 1629), sed, multus in Meleagridum exploranda natura, Mnaseae verbis insitas difficultates praetervidit. De Meleagridibus cff. Ael. d. N. An., IV, 42; Hygin. fab. 174; Ovid. Metam., III, 543 sqq.; Cellarii Geogr. Ant., I, p. 162, de Penelopis Athen., IX, 388; Gessner, de avibus, 168; Panofka, üb. verlegene Mythen, passim.

Ad fragm. 47.

Satis obscure Mnaseae sententiam servavit Plutarchus; id unum eius ex verbis edocemur, comparasse aliquomodo Epapho Dionysum et Osiridem et Serapim. Pro προστιθέντα

enim, e quo vocabulo equidem sanam sententiam eruere non possum, scribendum puto παρατιθέντα.

Prellerus hoc ex fragmento novam collegit criminationem, qua Mnaseae imminueret auctoritatem obscuraretque memoriam. Etenim syncretismi eum arguit, h. e. diversas inter se mythologias eum confudisse contendit. Sed haud ita gravis mihi videtur esse criminatio, mutilo innisa eoque adumbrato potius et excerpto, quam accurate proposito fragmento. Omnino nihil talibus locis est superstruendum, quibus certo demonstrandi vis inesse nequit.

V. Apollod. Bibl. M., II, 1, 3: Ἐπελθοῦσα δ' εἰς Σκυθίαν καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν, πολλὴν χέρσον πλανηθεῖσα, καὶ πολλὴν διανήξαμένη θάλασσαν Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας, τελευταῖον ἦκεν εἰς Αἴγυπτον· ὅπου τὴν ἀρχαίαν μορφὴν ἀπολαβοῦσα, γεννᾷ παρὰ τῷ Νείλῳ ποταμῷ Ἔπαφον παῖδα. Τοῦτον δ' Ἥρα δεῖται Κουρήτων ἀφανῆ ποιῆσαι· οἱ δ' ἠφάνισαν αὐτόν. Καὶ Ζεὺς μὲν αἰσθόμενος κτείνει Κούρητας. Ἰὼ δ' ἐπὶ ζήτησιν τοῦ παιδὸς ἐτράπετο. Πλανωμένη δὲ κατὰ τὴν Συρίαν ἅπασαν, καὶ τὸν Ἔπαφον εὑροῦσα, εἰς Αἴγυπτον ἐλθοῦσα, ἐγαμήθη Τηλεγόνῳ τῷ βασιλεύοντι τότ' Αἰγυπτίων. Ἱδρύσατο δ' ἄγαλμα Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν Ἰὼ Ἶσιν ὁμοίως προσηγόρευσαν. Ἔπαφος δὲ βασιλεύων Αἰγυπτίων γαμεῖ Μέμφιν τὴν Νείλου θυγατέρα, καὶ ἀπὸ ταύτης κτίζει Μέμφιν πόλιν, καὶ τεκνοῖ θυγατέρα Λιβύην, ἀφ' ἧς ἡ χώρα Λιβύη ἐκλήθη. V. Aelian. d. N. A., XI, 10; Herod., II, 27; Lucian. d. salt. 59; Hyg., fab. 145; Euseb. Chron., p. 30 ed. Steph.; Heyne, observ. in Apollod., p. 103; Gessner, ad Orph. hymn. fragm. 16; Schwenck, etym.-mythol. And., p. 216.

Ad fragm. 48.

Cf. Ioh. Tzetz., Chiliad., IX, v. 871 sqq.

Tribuitur, id quod iam Photius nos docuit, ab aliis Megarensibus, ab aliis Aegiensibus hoc oraculum; pro his faciunt Steph. Byz. s. v. Αἴγιον (p. 20 W.); Schol. Hom.

II. Ψ, 6: ὁ θεὸς ἐν τῷ πρὸς Αἰγιεῖς χρησμῷ ἱππὸν θετταλικὴν κτέ.); Strab., X, 1, 13, p. 449; Liban. epist., ἀλλὰ νῦν ὁ μὴ ἐκείνων μετέχων (sc. νόμων) Αἰγιεὺς ἀτεχνῶς, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ; Arsen., p. 26 ed. Walz: Αἰγιᾶις οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι ἐπὶ τῶν παντελῶς εὐτελῶν καὶ μικρῶν· ἐρωτώντων γάρ τινων, τίνες κρείττους τῶν Ἑλλήνων, τοῦτ' ἀπεφθέγξαντ' Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι. — pro illis Callimachus epigr. XXVI. Iuncti utrique nominantur apud Alciphronem, epist., III, 44: ἡμῶν ὡς Μεγαρέων καὶ Αἰγιέων οὐδεὶς λόγος et Plutarch., Symp., V, 7: τῶν δὲ Δημοκριτείων, ἔφη, εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων ἢ Μεγαρέων ἀριθμὸς οὐδεὶς οὐδὲ λόγος, ubi male Reiskius Αἰγινητῶν voluit legi (cf. Müller, Aeginet., p. 130), quamvis apud Eustath. Opusc., p. 257; 70 Taf. exstet: διεκφαίνεται δὲ κατά τινα παροιμιακὸν Αἰγινήτην (μάλιστα μὲν Αἰγιέα) οὔτε δεύτερος οὔτε τρίτος οὔτ' ἄλλος πολλοστός. Cf. Wuestemann ad Theocr., Id., XIV, 73; Schneidewin. ad Zenob. Cent., I, 48 (Paroemiogr. Gr., I, p. 19).

Ad fragm. 49.

V. Eurip. Phoen., 411 sqq:

Ἰοκ. Πῶς δ' ἦλθες Ἄργος; τὼ' ἐπίνοιαν ἔσχεθες;
Πολ. ἔχρησ', Ἀδράστῳ Λοξίας χρησμόν τινα.
Ἰοκ. ποῖον; τί τοῦτ' ἔλεξας; οὐκ ἔχω μαθεῖν.
Πολ. κάπρῳ λέοντί θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους.
Ἰοκ. καί σοί τί θηρῶν ὀνόματος μετῆν, τέκνον;
Πολ. οὐκ οἶδ'· ὁ δαίμων μ' ἐκάλεσεν πρὸς τὴν τύχην.

Narrat fabulam ita Hyginus, fab. 69: Adrasto, Talai et Eurynomae filio, responsum ab Apolline fuit, eum filias suas Argiam et Deiphylam apro et leoni daturum in coniugium. Sub eodem tempore Polynices Oedipodis filius, expulsus ab Eteocle fratre, ad Adrastum devenit, et Tydeus simul, Oenei et Periboeae captivae filius, a patre, quod fratrem Melanippum in venatione occiderat, fere sub eodem tempore venit. Quod quum satellites Adrasto nuntiassent, duos iuvenes incognita veste venisse (unus enim aprinea

pelle opertus, alter leonina). Tunc Adrastus, memor sortium suarum, iubet eos ad se perduci: atque ita interrogavit, quid ita hoc cultu in regna sua venissent. Cui Polynices indicat, se a Thebis venisse, et idcirco se pellem leoninam operuisse, quod Hercules a Thebis genus duceret et insignia gentis suae secum portare. Tydeus autem dicit, se Oenei filium esse, et a Calydone genus ducere, ideo pelle aprina se opertum significare aprum Calydonium. Tunc rex, responsi memor, Argiam maiorem dat Polynici, ex qua nascitur Thersander: Deiphylam minorem dat Tydeo, ex qua nascitur Diomedes, qui ad Troiam pugnavit. V. Diod. Sicul., IV, 65: τὸν δὲ Πολυνείκην κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀπαιτεῖν τὴν ἀρχήν· τοῦ δ' ἀδελφοῦ μὴ ὑπακούοντος, φυγεῖν εἰς Ἄργος πρὸς Ἄδραστον τὸν βασιλέα· καθ'. ὃν δὴ χρόνον φασὶ Τυδέα τὸν Οἰνέως ἐν Καλυδῶνι τοὺς ἀνεψιοὺς ἀνελόντα, Ἀλκάθοον καὶ Λυκωπίδα, φυγεῖν ἐκ τῆς Αἰτωλίας εἰς Ἄργος. Ἄδραστον δ' ἀμφοτέρους φιλοφρόνως ὑποδεξάμενον, κατά τι λόγιον συνοικίσαι τὰς θυγατέρας αὐταῖς, Ἀργείαν μὲν Πολυνείκει, Δηϊπύλην δὲ Τυδεῖ. Zenob., I, 30 (p. 10 Schneid.): καὶ πρὸς Ἄργος ἀφικόμενος τοῖς τοῦ Ἀδράστου βασιλείοις προσεπέλασε νύκτωρ, καὶ προστυχὼν ἐκεῖσε τῷ Τυδεῖ φεύγοντι (leg. φυγάντι) ἐκ Καλυδῶνος δι' ὃν εἰργάσατο φόνον, συνάπτει μάχην. Γενομένης δὲ βοῆς Ἄδραστος ἐπιφανεὶς τούτους διέλυσε. Καὶ λογίου τινὸς ἀναμνησθεὶς λέγοντος αὐτῷ, κάπρῳ καὶ λέοντι τὰς θυγατέρας συζεῦξαι, ἀμφοτέρους εἵλετο νυμφίους· εἶχον γὰρ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὁ μὲν προτομὴν λέοντος, ὁ δὲ κάπρου. Eodem mode fabulam refert Apollod., III, 6, 1. Cff. Diogenian., I, 84 (p. 189 Schneidew.); Arsen. (p. 18 Walz.); Eustath. ad Hom. Il., II, 828, p. 355, 28; Schol. Hom. Od., XI, 326; Stat. Theb., I, 408. — Welcker, Anhang zu Schwenck etym.-mythol. And., p. 302; Schwenck, Myth. Gr., p. 536.

Ad fragm. 50.

V. Eurip. Phoen. 13:

ἐπεὶ δ' ἄπαις

ἦν, χρόνια λέκτρα τἄμ' ἔχων ἐν δώμασιν
ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον, ἐξαιτεῖ θ' ἅμα
παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν.
ὁ δ' εἶπεν· ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ,
μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.
εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς,
καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

Oraculum versibus hexametris proponitur in uno argumentorum ad Eur. Phoen. (ed. Herm., p. 5): διὰ ταῦτα πολὺν ἤδη χρόνον ὁ Λαΐος ἄπαις ὢν παραγίνεται εἰς Πυθίαν καὶ παίδων αἰτεῖ γονήν· καὶ ἀκούει τοιόνδε χρησμόν·

Λαΐε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς;
τέξεις μὲν φίλον υἱόν, ἀτὰρ τόδε σοι μόρος ἔσται,
παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν βίον· ὡς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς Κρονίδης, Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.

Cf. Diod. Sic, IV, 64.

Ad fragm. 51.

Interpretationi scholio hoc in mutilo locus videtur non esse concessus.

Ad fragm. 52.

Cff. Diogen., VII, 48; Macar., 406.

Eurip., Phaet. fr. 14:

ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.

Aristoph. Plut., 1151:

πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Menand., Sentent. monost. ap. Boisson., Anecd., I, 129:

τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.

Cic. Tuscul. Qu., V. 37.

Patria est, ubicumque est bene.

Debetur haec locorum parallelorum collatio Schneidewino, qui alios etiam plures praeter hos collegit et pro-

posuit ad Zenobii, in quo versamur, locum. V. Erasmi adagia, p. 104.

De Dionysio Chalcidensi cf. Vossius, d. hist. Gr., III, 4 (p. 432, W.).

Ad fragm. 53.

Cf. D. Wyttenbach, adnotatt. in Plut. Qu. Gr. (Animadvers. in Plut. Mor., Vol. II, P. I), p. 32: »Oraculum ex Aristotelis libro de Troezeniorum republica refert Athenaeus, I, p. 31 C: Χρησμός·

Πῶν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις,
Οὐδ' ἱερὰν Ὑπέραν, ὅθι γ' (leg. κ') ἄτρυγον οἶνον ἔπινες.

Ὠνομάζετο δὲ παρὰ τοῖς Τροιζηνίοις, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτῶν πολιτείᾳ, ἄμπελος Ἀνθηδωνιὰς καὶ Ὑπεριάς, ἀπ' Ἄνθου τινὸς καὶ Ὑπέρου, ὡς καὶ Ἀλθηφιὰς ἀπ' Ἀλθηφίου τινὸς, ἑνὸς τῶν Ἀλφείου ἀπογόνων. Quorum locorum neutrum cum exemplo Aristotelis congruere, et alterum altero supplendum esse, satis apparet. Melanthiae quidem et Altephii confusa nomina, et illud verius esse crediderim. Calauriam antiquitus Εἰρήνην dictam tradit etiam Stephanus Byz. in voce Καλαύρεια, ubi huius Plutarchei loci non oblitus est Holstenius. Mnasigeitonem scriptorem nec Fabricius nec Vossius habet: Mnesigeitonem ex indice Plinii H. N. Lib. I excitavit Mallincrotus in Paralipomenis ad Vossium de hist. Gr., p. 83: Ὑπέρητος ἀδελφὸν ὄντα rectius dant Venet. Voss. quod item vel Ὑπέρου vel Ὑπέρεω suasit Xylander laudans Stephanum Ὑπέρητος ut viri nomen exhibentem, in voce scilicet Ὑπηρεσία."

In loco Pliniano, H. N., l. VII, c. 56, Mnesigeiton auctor excitatur ad vindicandam Salaminiis quadriremium, Alexandro Magno navium sex ordinibus instructarum usque ad decemremes inventionem. Cuius nomen non ausim nostro loco restituere. Mnasigeiton praeterea nomen semel tantum, quantum scio, apud Graecum scriptorem memoratur, apud Athen., XIV, p. 614 D., ubi eius nominis γελωτοποιός occurrit. Mnaseae nomen hoc loco revocavit vir

doctissimus, Ianus Gerardus Hulleman, qui per epistolam humanissime coniecturam suam mihi tradidit, qua pro lubitu uterer.

Ad fragm. 54.

Hyadas primum, earum nomen et cum Dionyso coniunctionem, deinde Pleiadas liceat tractare. Septem Hyadas fuisse Pherecydem vidimus tradidisse; de quinque locutus est Mnaseas, cuius adiuvat sententiam Hesiodus (fr. 70 ed. Göttl.):

Φαισύλη ἠδὲ Κορωνὶς εὐσ-έφανός τε Κλέεια
Φαιὼ θ' ἱμερόεσσα καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος,
Ἃς Ὑάδας καλέουσιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.

Cff. Schol. Arat. Phaenom., 172; Tzetz. Chil., XII, 171; Tzetz. ad Hesiod., p. 125 (ed. Basil.); Serv. ad Virg. Georg., I, 138; Hygin. fab., 182 et 192. De variis nominibus quid memoriae prodiderint veteres quidve eorum de significatione sint commenti, hoc loco enumerari nequit. Nominis de origine, quod e Mnaseae libro profert Hyginus, id praeterea exstat apud Eustath. ad Hom. Il., p. 1155, 45 et Ovid. Fast., V. 181. — Hyas ipse Dionysus appellatur atque coniunctum esse uno alterove modo cum Hyadibus Dionysum, eo iam videtur probari, quod a Lycurgo istae fugatae dicuntur, quem eundem acres poenas constat luisse ob spretum neglectumque Dionysii cultum (v. Hyg., fab. 132; Apollod., III, p. 264 ed. H.; Corn. d. N. D., c. 30). A nutricibus suis, Hyadibus, Hyantis nomen Dionysum accepisse e lexico rhetorico tradit Eusthat. ad Dion. Perieg., 1151; a Dionyso illas nomen accepisse refert Theo ad Arat., p. 22. — Qua de re talia Creuzer, Dion. p. 272: In tauri coelestis fronte comparent, vel potius, ut Gellium audiamus, frontis taurinae speciem suo positu eae efficiunt stellae, quae Graecis ὑάδες, Latinis Suculae, in humero Πλειάδες, quae Romanis Vergiliae. Harum illae, ut plurimorum ferebat sententia, appellatae ab ὕειν, pluere. Nam (Gell., N. A., XIII, 9), et quum oriuntur et quum occi-

dunt, tempestates, pluvias largosque imbres cient. [v. Völcker, Myth. d. Iapet., p. 86; Welcker, ep. Cycl.; Schwenck, mythologische Skizzen, p. 1—46]. Iam satis apparet, quam ob rem Hyades Baccho, humidae naturae domino, constans antiquitatis fama iunctas voluerit. Eam rem sic ornavit poetarum ingenium, ut dicerent, nymphas esse, antea Dodonidas dictas (ubi locorum frugum ubertas et melior vitae ratio inventae), quae Bacchum nutriverint". Locum autem illum de Hyadibus, Bacchi nutricibus, de Baccho, cui cognomen fuerit Hyas, de Hyadum cum Pleiadibus coniunctione, totum accuratae lucubrationi subiecit Völcker, in Mythol. Iapet., p. 86 sqq., quem, quo disputando pervenerit, ipsum suis verbis audiamus enucleantem: »Wenn wir nun, *ait*, hören, dass bei Pherecydes und anderen (Pherecyd. fr., ed. Sturz. p. 114; Creuzer, Symb., III, 104) eine der Hyaden und zwar nach Asclepiades bei Hyg. die ausgezeichneteste Ambrosia *hiesset*; und wenn wir ferner hören, dass die Hyaden dem Dionysos ὗης Ernährerinnen, und das zu Dodona, dem Zeuslande, sind, wo sie die Dodonäischen Nymphen werden; dass die Bacchuspflege nicht weniger den Pleiaden selbst zugelegt wird (Diod., III, 60); wenn wir erwägen, dass die Tauben zu Dodona einen bedeutenden Theil der Symbolik und des Cultus ausmachen [cogitandum est de duabus illis columbis (δύο μελαῖναι πελειάδες), quas Dodonam pervenisse ibique humana voce Iovis oraculum condi iussisse narrat Herod., II, 55. V. Philostrat. Imagg., II, 33; E. v. Lasaulx, das pelasgische Orakel des Zeus zu Dodona, p. 6] und gerade den Zeusgemahlinnen, Aphrodite und Dione, ausschliesslich zugesellt werden; dass unter den Hyaden als befruchtende Kraft durch Wasser und Regen die Namen Eudora und Polyxo stehen; dass sie gar wirklich die Ammen von Zeus als dodonäische Nymphen heissen [Heyne ad Apollod., p. 228]: so darf es wohl erlaubt sein, in den durch Ambrosia nährenden Tauben des Homer die aufgehenden Pleiaden zu sehen, die verkündi-

genden Boten dem Landmann, das Saatkorn in die Erde zu legen, mit deren Erscheinen sich Wiesen und Felder mit dem neuen Schmucke bekleiden, die Pleiaden, welche den Himmel mit Regen überziehen und den jungen Zeusgott stillen. Maia, die älteste und mütterliche, hat ihn umarmt, und ihm den Gott der aufspriessenden Welt gebracht, Hermes, Kadmus, Dionysus. Hermes wird von den Pleiaden geboren, Dionysus von ihnen genährt, Zeus von ihnen gespeist [v. Müller, Prolegom., p. 191].

Magna est apud veteres scriptores dissensio in explicando Pleiadum nomine. V. Schol. Apoll. Rh., III, 256. Quam varia cogitaverint earum de nominis significatione, optime cernitur ex scholio in Hom. Il., XVIII, 486, ubi talia legimus: *αἱ δὲ Πελειάδες ἤτοι ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῶν Πληϊόνης, ἢ ὅτι πλείους ὁμοῦ κατὰ μίαν συναγωγὴν εἰσι (βότρυν γὰρ αὐτὰς λέγουσιν).... ἢ πλειάδας (πλῆσιον γὰρ κεῖνται), ἢ ὅτι πλείους δι' αὐτῶν αἱ τῶν ὡρῶν ἐπισημασίαι· ἢ ὅτι πλειῶνος, ὃ ἐστιν ἐνιαυτοῦ, σήμαντικαί.* Omnium vero cumulatarum hic etymologiarum ne una quidem veram indicat verbi notionem, neque verior ea, quam argutius, quam rectius Mnaseas proposuit. Veram et Hyadum et Pleiadum nominis etymologiam iamdudum indagarunt viri docti, de qua talia Völcker, l. c.: »Mit der Hyaden Auf- und Untergang begann die Regenzeit und ihr Name schreibt sich von diesem Umstande. Wie sehr sich natürlicherweise auch mit den Pleiaden diese Vorstellung verband (Hes. Op. et D., 617, 622; Plin. H. Nat., XVI, 25; XVII, 2; XVIII, 26) zeigen die abgestammten Wörter *pluo*, *pluvia* und *pluvius*. [Etiam Schwenckius, l. c., eiusdem radicis *πλειάδες* et *pluo*, *pluvia* esse quum concedat, tamen de pluvia in cognoscenda Pleiadum natura cogitandum esse negat. Quod quo iure faciat, non video].

Ad fragm. 55.

Quae servatae sunt duo Mnaseae de literarum inventione fragmenta, invicem sibi videntur repugnare. Sed idem hoc

loco mihi videtur obtinere, quod supra de duobus istis, Musarum Mythologiae partem continentibus fragmentis statuendum esse putavi, scilicet Mnaseam aliorum scriptorum ea de re sententias collegisse; quas simul cum propria eius sententia omnes uni tributas esse, pro scholiastarum Grammaticorumque talibus in rebus socordia non est quod miremur. Quae tamen e Bekkeri Anecdotis excitavimus verba: *Μνασέας δὲ κατὰ πάντα τόπον εὑρέτας γεγενῆσθαι τῶν στοιχείων*, et externae testimonii formae, et sententiae indolis ubi habuerimus rationem, ipsius Mnaseae ingenio verosimile debentur.

Discrepat inter auctores, cui literarum iuventarum honorem tribuant. Pro Cadmo imprimis pugnat Herodotus, V, 58: *Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἦσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλά τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέειν· πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες· μετὰ δὲ, χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὰν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων.* Diod. Sic., III, 66; Clem. Alex., Strom., p. 306 Sylb.: *Κάδμος δ' ὁ Φοίνιξ ἦν ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρέτης, ὡς φησὶν Ἔφορος.* (v. Schol. Hom. Il., VII, 185 et Muller, fr. H. G., p. 270); Suidas s. v. *Κάδμος*; Bekker, Anecd. Gr., II, p. 784; (v. Bochart., Geograph. Sacra, I, c. 20; Müller, Orchomen., p. 108). — Mercurium litterarum inventorem praedicant Schol. Hom. Od., XXIII, 198 (p. 551 Buttm.): *Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἄτλαντος παῖς ἔτι ὢν ἐν ἀνθρώποις τέσσαρα μέγιστα εὗρετο, γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ παλαίστραν καὶ γεωμετρίαν.* Tertull. Sept. in libro d. cor.: Mercurius litteras enarravit, necessarias (confitebor) et commercii rebus et nostris erga Deum studiis. — De Palamede v. Plut., symp. qu., IX, 3; Plin., VII, 37, qui uterque quatuor tantum litterarum (ζ, π, φ, χ) inventionem Palamedi tribuit. V. Bekker, Anecd. Gr., II, p. 782; Suid. s. v. *Παλαμήδης*; Arsen., p. 463 W.; Heyne ad Virg. Aen, II, 81; Excurs., IV; Stob. Floril., LXXXI.

Totum illum, qui est de scribendi arte apud Graecos, locum primum constat disposuisse F. A. Wolfium in Prolegomenis ad Homerum. Cuius, quae huc pertinent (Proleg., p. LI), haec sunt verba: »Improba semper huic genti (scil. Graecis) cupido fuit, clarissima quaeque instituta ex ultimis temporibus repetendi, et tantum non omnium rerum, quibus serior humanitas constabat, utilitatem inventioni heroum suorum consecrandi. Id tum aliarum multarum, tum huius quoque artis primos cultores obscuravit. Nam sicut Atlanti, Cepheo et multis illorum aequalibus notitiam siderum tribuerunt, antiquam famam detorquendo, sic poetae videntur pluribus, quos ab scientia utilissimarum rerum laudari audiissent, aut quorum merita in humanum genus extollere vellent, praeclarae huius artis seu inventae seu insigniter emendatae percultaeque laudem tribuisse. Ita quum illos progressus non distinguerent, Aeschylus rem Promotheo suo, alii Cecropi, alii Orpheo, alii Lino, plerique Cadmo, nonnulli Palamedi assignaverunt. Haec dissidia postea historici et litteratores non aequius tollere se posse putarunt, quam si eam gloriam quodammodo partirentur inter omnes."

De Palamede quae exstant veterum testimonia, collegit, disposuit et diiudicavit O. Iahn in Palamede, p. 23. Conferatur praeterea C. O. Müller, Gr. Litteraturgesch., p. 62, 63, 470 et 471.

Ad fragm. 56.

Cf. Schol. Il., XV, 333: ἐξ Ἀλκιμάχης τῆς Φυλάκου ἦν ὁ Αἴας, ὡς φησὶ Πορφύριος ἐν τῷ καταλόγῳ. ἀλλ' οὐ συμφωνεῖ τῷ ποιητῇ· Ἐριώπιδος (leg. Ἐριώπης) γὰρ φησὶ τὸν Αἴαντα.

Ad fragm. 57.

Scholii a me proposita verba, quomodo in eum, quem obtinent, pervenerint locum, quidque omnino de eis sit statuendum, tum demum erit manifestum, quum in lucem

prodierit, cui tanto desiderio omnes, quibus illa studia cordi sunt, praestolantur, nova Homeri scholiorum editio, hac ipsa ex urbe oritura.

Ad fragm. 58.

Falsae proverbii interpretationi Chelidon iste vates debetur. Veterum locis quibusdam collatis dubitari nequit, quin de ipsis hirundinibus proverbium sit intelligendum, quippe quas veneratione quadam prosecuti sint veteres, quin etiam vaticinandi vi praeditas putaverint. V. Aelian. d. N. A., I, 52: Χελιδὼν δ' ἄρα τῆς ὥρας τῆς ἀρίστης ὑποσημαίνει τὴν ἐπιδημίαν. II, 3; X, 34, Ἐν δὲ τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πύρρου παιδὸς σκηνῇ χελιδὼν νεοττεύουσα εἶτα μέντοι ἀτελῆ τὴν πρᾶξιν αὐτῷ, ἐφ' ἥνπερ οὖν ὡρμᾶτο, ὑπεσήμηνεν, οὐ πάνυ τι οὖσαν ἀγαθήν. Καὶ Ἀντιόχῳ δὲ νεοττεύουσα ἐν αὐτοῦ τὰ μέλλοντά οἱ ἀπαντήσεσθαι ὑπεγίξατο. ἀνελθὼν γὰρ εἰς τοὺς Μήδους εἶτα μέντοι οὐκ ἐπανῆλθεν εἰς τοὺς Σύρους, ἀλλ' ἑαυτὸν κατά τινα ἔωσε κρημνόν. ὥρμητο δ' ἄρα ἐπὶ πρᾶξιν οὐ χρησὴν καὶ οὗτος κτέ. Plin. H. N., VIII, 41. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. H. N., X, 34; XI, 55.

Ad fragm. 59.

Tamquam nomina propria videntur esse consideranda Ἰχθύς, Ἡσυχία, Γαλήνη, Μύραινα, Ἠλακατῆνες vocabula atque inesse puto loco somniorum istorum mythologicorum unius, in quibus multi fuere istius temporis mythographi, partem aliquam. Quo alio modo ex contorta ista narratione me possim expedire, non video.

Ad fragm. 60.

Constat apud viros doctos, nullam Apuleii auctoritati fidem esse dandam. Mnaseae igitur fragmentis ideo tantum hicce Apuleii locus est insertus, ne quid, quod ad rem nostram pertineat, videatur esse praetermissum. Cf. Osanni ad Apul. l. l. adnotatio.

ADDENDA.

Ad pag. 56, fragm. 5.

Mentionem vidimus factam esse apud Athenaeum Androcotti, Phrygiae regis, quem eundem esse, qui et Sandrocottus et Sandrocuttus, apud Indos vero Tsjandragupta vocatur, quum primus observaverat W. Iones, neminem amplius fugit. De quo contigit mihi, ut e fontibus Indicis accuratiora quaedam cólligerem; quae, quamquam Athenaei a me proposito loco interpretando proprie non serviunt, quippe quo res narretur, cuius nullum praeterea mihi apparuit vestigium: hoc tamen loco putavi esse tradenda, haud ingratum confisus nonnullis me essé facturum, paullo ampliorem pro crebra in veterum scriptis mentione isto de rege notitiam desiderantibus.

Nandas rex, cui fuit cognomen Mahâpadmae, duas duxit uxores, Sûnandam et Mûrâm, quarum haec ad classem Sudrarum pertinuit unumque tantum peperit filium, Maurjam dictum, illa vero novem enixa est pueros.

Nandas quum senex esset factus, novem Sûnandae filiis tradidit imperium, exercitus vero curam Maurjae delegavit. Maurja multos progenuit filios, quorum unus fuit Tsjandragupta. Dissidio autem inter Maurjam fratresque orto, Maurjae filii omnes, uno excepto Tsjandragupta, adversariorum insidiis perierunt. At Tsjandragupta, usus auxilio Tsjânakjae Brahmani, qui novem illorum principum vario modo expertus fuerat saevitiam crudelitatemque, mag-

num collegit exercitum adiutusque praeterea Parvatendrae, regis peregrini, copiis, Nandra avo mortuo, de imperio matruos deiecit et Magadhae rex creatus est totius Indiae. Vixit Tsjandragupta a. Ch. n. 312—278; aequalis igitur fuit Seleuci I Nicatoris (305 a. Ch. n.).

Quam facile apud Graecos Tsjandragupta potuerit transire in Sandrocuttum, eo iam fit manifestum, quod apud Buddhisticos scriptores omnes vocatur Tsjantrakuttus.

Cff. de hac re Asiatic Researches T. IX. p. 96 (cuius tamen disputationis auctoritati non nimium est tribuendum, quippe a Wilfordio profectae); Wilson, praefatio Dramatis *Mûdra Rakojasa* dicti, et *Vischnu-Purana*, p. 468 in not.; Lassen, Zeitschr. für die Kunde des Morgenlandes T. III. p. 163; IV. p. 163, 506 sqq.; Schlegel, Indische Bibliothek, loco supra iam indicato; Lassen, zur Geschichte du Griechischen und Indo-Skythischen Könige; Schwanbeck, Megasthenis fragmenta, passim.

Ad pag. 82, fragm. 24.

Magnam paroemiorum partem e Comicorum fabulis constat esse desumptam; Menandri sententiarum monostycharum in explicando proverbio Πᾶσα γῆ πατρίς mentio est facta. Eodem modo Macarii a Walzio ad Arsenium p. 145 propositae glossae versum inesse suspicio mihi est oborta. Quam ita fere puto esse disponendam: Δεινὰ τὰ δεινά· ἐπὶ τῶν σφόδρα χαλεπῶν· τὸ δὲ τέλειον·

Τὰ δεινὰ δεινά, δεινότερα δὲ Δεινίου.

Ad pag. 117, fragm. 56.

Pro εὐ, quod praebent editiones, πέμπτῳ putavi esse legendum. Similis erroris exemplum v. apud Schol. Eurip. Alc. in argum. (Schol. ant. in Eur. trag., ed. C. G. Cobet, p. 274, adn. 4).

Ad pag. 118, fragm. 59.

Pro Μένανδρος Κόλωσι restituendum esse Μένανδρος Κόλαξι iamdiu Athenaei editores monuerunt.

I.

INDEX SCRIPTORUM.

Quibus locis Mnaseae fragmentum inest, † signo indicantur; locis emendatis * signum est additum.

A.

		Pag.
	Aelianus, de Nat. Anim., X, 11	64.
†*	» » » » XVII, 46	28, 66.
†	Ammonius, de aff. vocab. differ. s. v. Νηρεΐδες	26.
	Apollodorus, bibl. myth., II, 1, 3	108.
	» » » II, 7, 2	79.
	» » » III, 12, 1	93.
†	Apuléius (L. Caec. Minut.), de orthogr. p. 5 § 11 (ed. Osann.)	50.
	Aristoteles, Meteorol., 14	54.
	» Hist. Anim., IV, 9	64.
†	Arnobius, adv. nat., III, 37	30.
†	Arsenius, p. 49 (Walz.)	76.
†	» p. 145 (Walz.)	82.
	Athenaeus, I, p. 31, C	112.
†*	» IV, p. 158, D	26.
†*	» VII, p. 296, B	25.
†	» VII, p. 301, D	50, 120.
	» VII, p. 321, A	2.
†*	» VIII, p. 331, C	27.
*	» VIII, p. 346, E	38.

Pag.

Athenaeus, X, p. 499, D . . . . . 57.
† » XII, p. 530, C . . . . . 26.
» XIV, p. 639, A . . . . . 3.
» XV, p. 697, B . . . . . 3.

B.

† Bekker, Anecd., Gr., T. II, p. 783 et 786 . . 49.
* Böckh, Corp. inscr. Gr., T. II, p. 86 no. 1907 5.

C.

Clemens Alexandrinus, protrept., p. 5 . . . . . 53.
Cornutus, d. Nat. D., c. 27 . . . . . 99.
† * Cramer, Anecd. Gr. Oxon., T. I, p. 277 . . . 30.
† » » » » T. IV, p. 318 . . 49.

D.

Demetrius, de elocut., § 2 et § 12 . . . . . 20.
* Dionysius Halic., Dinarchi in. . . . . 8.
Diodorus Sicul., V, 53 . . . . . 56.
» » V, 48 . . . . . 93.

E.

† Etymologicum Magn., s. v. Ἱππία Ἀθηνᾶ . . . 24.
† » » » » Ζάμολξις . . . . . 29.
† Eudocia, p. 306 . . . . . 27.
† » p. 410 . . . . . 29.
† » p. 379 . . . . . 81.
† » p. 213 . . . . . 81.
Eurip. Phoen., v. 679 sqq. . . . . 83.
* Eustathius, ad Hom. Il., p. 1163 . . . . . 2.
* » » » » p. 1204 . . . . . 94.
» » » Od. IX, 65 . . . . . 68.
» » Dionys. Perieg., v. 319 . . . . . 94.

F.

† Fulgentius, Mythol., II, 19 . . . . . 24.
† * » de abstr. serm., s. v. Vispillones . . 26.

H.

Pag.

† * **Harpocration**, s. v. Ἱππία Ἀθηνᾶ . . . . . 24.
† * » » » Σαβοί . . . . . 40.
* » » » Ἄργουρα . . . . . 90.
† * **Herodianus**, περὶ μονήρους λέξεως, p. 13 . . . . . 36.
Herodotus, IV, 95 . . . . . 68.
» V., 61 . . . . . 86.
Hesychius, s. v. σκότιος . . . . . 13.
† * » » » Βαρκαίοις ὄχοις . . . . . 42.
Homerus, Il. VI, 20 . . . . . 62.
» Od. XVIII, 83 . . . . . 85.
† **Hyginus**, poet. astron., I, 18 . . . . . 31.
† * » » » II, 21 . . . . . 48.

I.

† * **Flavius Iosephus**, Archaeol. Iud., I, 3, 6 . . . 40.
† » » c. Apion., I, 23 . . . . . 41.

L.

† * **Lactantius**, d. falsa relig., I, 21 . . . . . 31.

M.

* **Macarius** . . . . . 120.

P.

† Paroemiographi Gr., edd. Schneidew. et Leutsch., p. 414 . . . . . 43.
† Paroemiographi Gr., edd. Schneidew. et Leutsch., p. 433 . . . . . 43.
Pausanias, III, 22, 2 . . . . . 66.
» VIII, 21, 1 . . . . . 64.
* » VIII, 22, 4 et 5 . . . . . 81.
» IX, 33, 2 . . . . . 66.
Philostratus, Imag., I, 14 . . . . . 84.
† Photius, s. v. Ζάμολξις . . . . . 29.

		Pag.
† *	Photius, s. v. Πραξιδίκη	28.
†	» » » Πυθοῦ Χελιδόνος	49.
†	» » » Σαβοί	40.
†	» » » Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς	45.
	Plinius, Hist. Nat., II, 9 (6)	52.
	» » » XI, 51 (112)	65.
†	» » » XXXVII, 11 (11)	44.
	Plutarchus, d. Is. et Osir., c. 30	61.
† *	» » » » » » c. 31	44, 108.
† *	» Quaest. Gr., XIX	47.
*	» Sympos. Qu., VII, 8	2.
	Polybius, XII, c. 13	4.
	Proclus, ad Hes. Op. et D. 263	9.

S.

†	Scholia in Aesch. Pers., 742	38.
†	» Apoll. Rhod., I, 131	29.
	» » » I, 932	100.
†	» » » I, 917	36.
	» » » I, 1212	70.
† *	» » » I, 1129	37.
† *	» » » II, 498	42.
† *	» » » II, 675	29.
†	» » » II, 1054	33.
	» » » IV, 57	52.
†	» » » IV, 264	25.
	» Arat., p. 48, 19 (Bekk.)	12.
†	» Aristoph. Nub., 397	25.
	» Eurip. Androm., 24	58.
†	» » Phoen., 411	46.
†	» » » 652	34.
† *	» » Rhes., 36	27.
	» » Troad., 31	58.
† *	» Hesiod. Theog., 117	46.
	» Hom. Il., XI, 709	79.
	» » » XII, 215	93.

		Pag.
	Scholia Hom. Il., XV, 229	75.
*	» » » XV, 333	117.
† *	» » » XV, 336	49.
†	» » » XIX, 291	49.
† *	» » » XX, 234	39.
	» » Od., V, 302	69.
†	» » » XVIII, 84	34.
† *	» Lucian., Dial. D., XXIII, 1	40.
†	» Pindar. Ol., IX, 39	32.
†	» » Pyth., II, 70	46.
†	» » » IV, 106	32.
	» Platon., p. 380 (Bekk.)	80.
† *	» Theocr. Id., I, 64	27.
	» » » I, 123	64.
†	» » » XIII, 75	39.
	» » » XIV, 73	45.
	» » » XV, 94	77.
† *	» » » XVIII, in arg.	29.
	Scymnus Chius, v. 437 sqq.	86.
	» » v. 646 sqq.	83.
	Stephanus Byzantinus, s. v. Αἴβουρα	90.
† *	» » » » Ἄκανθος	34.
	» » » » Ἀνθηδών	55.
*	» » » » Βάρκη	103.
†	» » » » Δάρδανος	38.
† *	» » » » Δωδώνη	35.
† *	» » » » Δώτιον	35.
†	» » » » Ἐγγελᾶνες	35.
	» » » » Τελχίς	107.
	» » » » Τρεμίλη	66.
	» » » » Φᾶσις	96.
	Strabo, I, p. 61	70.
	Suidas, s. v. Ἐρατοσθένης	8.
† *	» » » Ζάμολξις	29.
† *	» » » Ἱππία Ἀθηνᾶ	24.
	» » » Μνασέας	6.

Pag.

† Suidas, s. v. Πραξιδίκη . . . . . 28.
† * » » » Σαβοί . . . . . 40.

T.

† Tzetzes, Chiliad., IX, 871 sqq. . . . . 108.
» ad Hesiod., p. 17 . . . . . 73.
* » » Lycophr. Cass., 29 . . . . . 94.
» » » » 831 . . . . . 98.

Z.

* Zenobius, Cent., I, 30 . . . . . 116.
† * » » II, 67 . . . . . 33.
* » » II, 86 . . . . . 82.
» » V, 74 . . . . . 47.

II.

INDEX RERUM.

A.

pag.
Acanthus . . . . . 34, 82.
Acestor et Acesander . . . . . 43.
Adrastus . . . . . 46, 109.
Alcimache, Aiacis mater . . . . . 49, 117.
Amalthea . . . . . 76.
Androcottus . . . . . 26, 56, 119.
Anthes et Hyperes iisque editum oraculum . . . . 47, 112.
Apopis . . . . . 26, 61.
Arcades προσέληνοι . . . . . 25, 53.
Archenos et Archinos . . . . . 36.
Atergatis . . . . . 38, 92.
Athena Hippia . . . . . 24, 51.
Axieros, Axiokersa, Axiokersos . . . . . 36, 88.

B.

Barcaei, currus inventores . . . . . 42, 103.
Buchetus . . . . . 34, 85.

pag.
Bucolion . . . . . 27, 62.
Bulias . . . . . 33, 82.

C. K.

Cadmus et Harmonia . . . . . 93 sqq.
Cadmus Milesius . . . . . 19.
Chelidon vates . . . . . 49.
Clitor fluvius . . . . . 64.
Colchus . . . . . 39, 96.
Croni cum Zamolxide coniunctio . . . . . 69.
Κτήσια . . . . . 68.
Cyrene . . . . . 42, 104 sqq.

D.

Dactyli Idaei . . . . . 37, 90.
Dardanus . . . . . 38, 92.
Delphi . . . . . 71.
Didymus χαλκέντερος . . . . . 62.
Diluviei mentio ap. Mnaseam . . . . . 41.
Dion, urbis nomen . . . . . 66.
Dionysius Chalcidensis . . . . . 90.
Dionysus κίσσιος et περικιόνιος . . . . . 84.
Dionysus natus . . . . . 34, 83.
Dodona . . . . . 35, 87.
Dodonides nymphae . . . . . 114.
Dotion . . . . . 35, 87.
Δούλων πάλις . . . . . 43, 106.

E.

Eetion . . . . . 49.
Eggelanes . . . . . 35, 86.
Electrum . . . . . 44, 107.
Endymio . . . . . 24, 52.
Epaphos . . . . . 44, 108.
Ephorus . . . . . 20.
Euhemerus . . . . . 21.

F.

pag.
Fulgentius . . . . . 58.
Furiae, Orci et Stygis filiae . . . . . 50.

G.

Γαίης εὐρυσέρνου ἱερόν . . . . . 46.
Γαλήνη, Ἰχθύος καὶ Ἡσυχίας θυγάτηρ . . . . . 50.
Galli et gallinae, Heracli Hebaeque sacrae . . . . 28, 65.
Ganymedes . . . . . 39, 97.
Πᾶσα γῆ πατρίς . . . . . 47, 111.
Glaucus . . . . . 25, 55.

H.

Hecataeus . . . . . 19.
Hermaphroditus . . . . . 102.
Herodianus . . . . . 90.
Herodotus . . . . . 20.
Hyades . . . . . 48, 113.
Hylas . . . . . 29, 69.
Hyperborei . . . . . 29, 70.

I.

Iovis templum ad Hellespontum . . . . . 38, 92.
Iupiter, nutritus ab Amalthea et Themide . . . 31, 32, 75.
Iura . . . . . 36, 90.

L.

Laius . . . . . 46, 110.
Laverna . . . . . 67.
Litterarum inventio . . . . . 49, 116.
Lysimachus περὶ νόσων . . . . . 58.

M.

Marsyas . . . . . 13.
Megarensibus editum oraculum . . . . . 45, 108.

pag.
Meleagrides et Penelopae . . . . . 107.
Melissae . . . . . 32, 77.
Mnaseas Berytius . . . . . 5.
» Colophonius aut Locrus . . . . . 1.
» Corcyraeus . . . . . 3.
» Hesiodi filius . . . . . 9 sqq.
» medicus . . . . . 7.
» Milesius . . . . . 6.
» Numeniensis . . . . . 7.
» Patarensis . . . . . 7.
» » , Eratosthenis, non Aristarchi discipulus. 8.
» » , falso Patrensis appellatus . . . . . 9.
» » ; scripta . . . . . 12 sqq.
» » ; indoles . . . . . 17 sqq.
Molionidae . . . . . 33, 79.
Musae . . . . . 30, 71 sqq.
Musaei scriptores 74
Mythologiae studium, tempore Alexandrinorum . . . 18.

N.

Nereides . . . . . 26, 62.

O.

Οὐδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο . . . . . 80.

P.

Paegnia . . . . . 2.
Pan . . . . . 27, 62, 63.
Phace . . . . . 26, 56.
Pisces sonantes . . . . . 27, 64.
Pleiades . . . . . 114.
Praxidica . . . . . 28, 66.
Prelleri de Mnasea sententia . . . . 14 sqq. 22, 56, 108.
Priapus . . . . . 40, 98 sqq.
Πονηρόπολις . . . . . 106.

S.

pag.
Sabi . . . . . 40, 97.
Σάλπη . . . . . 3.
Selli . . . . . 54.
Sisyphus . . . . . 57.
Stymphalides . . . . . 33, 81.

T.

Theopompus . . . . . 20.

Z.

Ζεὺς Ἡρακλῆς . . . . . 65.
Zamolxis . . . . . 29, 68.